Möller, Clemens
Quaestiones metricae
de synaloephae usu
Terentiano in versibus
iambicis

UAESTIONES METRICAE DE SYNALOEPHAE UA TERENTIUS IN VERSIBUS IAMBICIS ET TROCHAICIS USUS EST RATIONE.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

MPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA
MONASTERIENSI

AD

UMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CONSEQUENDOS

SCRIPSIT

CLEMENS MÖLLER

HANNOVERANUS

MONASTERII GUESTFALORUM.

EX OFFICINA SOCIET. TYPOGRAPH. GUESTF.

MDCCCXCVI

QUAESTIONES METRICAE DE SYNALOEPHAE QUA TERENTIUS IN VERSIBUS IAMBICIS ET TROCHAICIS USUS EST RATIONE.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CONSEQUENDOS

SCRIPSIT

CLEMENS MÖLLER

HANNOVERANUS.

MONASTERII GUESTFALORUM.

EX OFFICINA SOCIET. TYPOGRAPH. GUESTF.

MDCCCXCVI.

PA
6784
M64

809503

PARENTIBUS SACRUM.

M. Tullius Cicero in orat. 44, 149 sq. de oratorum more loquendi dicit haec: *collocabuntur . . verba, . . . ut inter se quam aptissime cohaereant extrema cum proximis, eaque sint quam suavissimis vocibus . . . . (150) nam ut in legendo oculus, sic animus in dicendo prospiciet quid sequatur, ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas. Quamvis enim suaves gravesque sententiae, tamen si incomditis verbis efferentur, offendent aures, quarum est iudicium superbissimum. Quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, qui vocales nolit coniungere.*' —

Deinde paragr. 152 Romanorum rationem usui Graecorum comparans pergit: *Sed Graeci viderint; nobis ne si cupiamus quidem distrahere voces conceditur. Indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis: indicant omnes poëtae praeter eos, qui ut versum facerent, saepe hiabant; ut Naevius:* 'vos qui | accolitis Histrum fluvium atque algidam' *et ibidem:* 'quam nunquam vobis Graii | atque barbari.' . . . *et quidem nos:* 'hoc motu radiantis etesiae | in vada ponti'. *Hoc idem nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare etiam solent.*'

Hoc igitur loco, quem protulimus, Cicero hiatum, quem non affirmat omnes qualiscunque aevi poëtas Romanos omnino prorsus ut '*crimen ingens*', ut verbis Quintiliani (*inst. orat.* 9, 4, 33) utar, expavisse, tamen omnibus temporibus aures Romanorum valde offendisse disertis verbis contendit. Ac profecto satis pro certo constat, poëtas Romanos per omnia tempora voces in vocalem exeuntes vocibus, quae a vocali ordiuntur, sequentibus, quae vocabulorum collocatio omnino ne fieret prohiberi non potuit, ita coniunxisse, ut hiatus inieunditas aut mitigaretur aut prorsus removeretur. Quam ad hiatus offensionem tollendam vetustissimi iam Romani usi sunt, quae vocatur, elisione vel synalocpha, quod nomen, cum hoc ipso natura huius rei clarius rectiusque significetur, praefert Corssenius (cf. *Ueber Aussprache, Betonung*

und Vokalismus der latein. Sprache' Lipsiae 1860 vol. II p. 776), qua vocalis finalis sequente vocali quasi absorbetur, ita ut una fere efficiatur syllaba. Qua in synaloepha, quae ne ipsa quidem plane carebat offensione, adhibenda a poëtis dactylicis certas leges observatas esse praeclari viri, inter quos primo loco nominandi sunt Lachmannus, Luc. Mueller, commentationibus subtilibus ostenderunt et probaverunt. Quam ob rem non prorsus inutile esse mihi videtur quaerere et scrutari, nonne Terentius easdem fere normas huc spectantes observaverit, id arbitrato, poëtas scaenicos leges postea diligentissime observatas, ita ut illas ad linguae Latinae naturam et usum revocandas esse dilucide appareat, non plane neglexisse.

Quaestiones autem ipsas ita instituam, ut primum omnes, quae exstant in fabulis Terentianis, synaloephas congestas tabulis inferam, deinde de syllabis et exeuntibus et ineuntibus, quae synaloephae subiectae sunt, agam id imprimis spectans, num aequa ratione syllabae et longae et breves et in *m* desinentes correptae sint: tum, postquam, quae esset poëtae ratio in elidendis certis vocibus, quarum synaloepha durissima ab epicis poëtis in versibus condendis diligentissimis et accuratissimis cautissime adhibita aut prorsus vitata est, demonstravi, nonnulla de proceleusmatico et correptione in synaloepha a Terentio admissa addam. Vocis autem *est*' synaloephas, quae et lenissimae ab omnibus poëtis semper et ubique saepissime usurpatae sunt, neglegere mihi liceat.

Priusquam iam ad rem ipsam aggrediar, reliquum est, ut indicem, quae fabularum Terentianarum editiones mihi in promptu fuerint. Praeter editiones singularum fabularum a Spengelio, Wagnero, Dziatzcone curatas in comparationem vocavi omnium comoediarum editiones, quas curaverunt Bentleius, Umpfenbachius, Fleckeisenus, Dziatzco. Versus autem citavi secundum Dziatzconis editionem.

Cap. I.

De synaloepharum frequentia.

Quamquam de numero synaloepharum, cum res ex tabulis additis multo clarius appareat, multa verba facere non opus est, tamen perpauca praemittere liceat. Si multitudinem synaloepharum tantam Terentii consideraverimus, ne hac re adducti

poëtam neglegentissimum esse indicemus, cavcamus. Sane in carminibus poëtarum dactylicorum synaloepha multo rarius adhibita est, sed hoc inde, quod res hic descripta prorsus alia est et quod in genere sermonis usitati, quem in fabulis agendis pro natura et fine ipsarum usurpatum invenimus, vocalium concursus minime evitatus nedum evitandus erat, repetendum esse, non est, qui non intellegat. Cuius affirmationis auctorem afferre mihi liceat Ciceronem, qui in eiusdem *oratoris* libri capite 23. hiatum ab oratore, quem quidam vocant Atticum, saepius admissum non solum re ipsa tractata mitigari et excusari, sed etiam habere *nolle quiddam et quod indicet non ingratam neglegentiam de re hominis magis quam de verbis laborantis* affirmat. Quid igitur mirum, quod Terentius, qui et ipse in fabulis agendis vitae consuetudinem et usum ante oculos demonstrabat, illum concursum vocalium, quae synaloepha conexae auribus spectantium Romanorum minus dure aspereque sonabant, non vitavit, sed saepissime admisit? Quo clarius manifestiusque ostendam non eandem frequentiam synaloepharum in carminibus eruditis tantum hominibus destinatis adhibitam esse atque in versibus, ubi poëtae sermone vulgari ex ipsius rei descriptae natura usi sunt, exempli causa mentionem facere mihi liceat Horatii, qui in carminibus et epistulis multo minorem synaloepharum numerum iustum duxit, quam in satiris, quae magis concinunt cum sermone vulgari: conferas quaeso *Lehrsii* editionis carminum Horatii capitis quod inscribitur: *Die Verschleifungen bei Horaz* p. 1—22 et *Schultzii* commentationis: *De satiricorum Romanorum prosodia, de mota cum liquida et de synaloephal* p. 21 sq. 45 sq. (Regim. 1864.)

Quod autem Priscianus de versibus comicis commemorat et vituperat, omnes quidem poëtas comicos Terentium autem inter omnes longe saepissime *crebris synaloephis et episynaloephis et collisionibus et abiectionibus litterae s* in scandendis versibus usos esse, hoc quamquam verum esse negari non potest, tamen ut Terentio vitio tribuendum sit, tantum abest, ut Bentleius, vir ille de fabulis Terentii optime meritus, in commentatione fabularum Terentianarum editioni praemissa Schediasma dico de metris Terentianis illam Prisciani vituperationem iniustam refutans laudet his verbis: *Quod vero hic queritur et criminatur magnus grammaticus, non vitium est, sed virtus Terentii prima: qui synaloephas illas data opera*

consectatus est, quo syllabae ultimae liquescerent coalescerentque cum sequentibus. Quam a Bentleio laudem Terentio attributam verissimam esse concedere cogemur, si consideraverimus, quantopere linguae latinae illis temporibus proprium fuerit vocales elidere et coniungere. De hac re *Corssenius* l. c. II p. 199 dicit haec: ‚Die Sprache der alten Römer, deren Vokalismus in der Verschmelzung der Diphthonge, der Erleichterung, Kürzung und Tilgung der Vokale die deutlichen Symptome der Abzehrung zeigt, wird von einer mächtigen Neigung beherrscht, die angrenzenden Vokale zu verschleifen und somit zu verstümmeln.' Et paulo infra pergit: ‚Die römische Volkssprache mit ihrem verfallenden Vokalismus wird von der Neigung, die Vokale zu verschleifen, so beherrscht, dass die scenischen Dichter, die zu den Ohren des Volkes reden, nur in den selteneren Fällen sich den Hiatus in ihren Versen erlauben. Dieser Neigung der Volkssprache, Vokale zu kürzen, zu verschleifen, zu erleichtern und verklingen zu lassen, trat die römische Kunstdichtung entgegen, indem sie den Vokalen durch Anlegung des griechischen Zeitmasses in der Schriftsprache Halt gab, indem sie auch Vokalverschleifung im Inlaut wie zwischen Auslaut und Anlaut engere Grenzen setzte.' Ex his omnibus, quae praemisi, facillime intellegitur, numerum synaloepharum a Terentio adhibitarum tantum cum indole et inclinatione linguae Latinae illa aetate vocabulorum coniungendorum tum fabularum ipsarum natura et fine satis excusari. Sententias autem, quas viri docti, ut Corssenius, Klotzius, Spengelius, Liebigius in licentia hiatus Terentiani diiudicanda protulerint, ad synaloepham pertinentes tam varias accuratius exponere supersedeo, quoniam hiatum, praeterquam quod interdum personarum mutatione vel caesura excusatus invenitur, non legitimum esse satis pro certo constat nisi in vocabulis monosyllabis, quae ictum habent in sede arsis solutae prima. Tabulas igitur iam appono, quae numerum omnium uniuscuiusque pedis synaloepharum, quae exstant in singulis Terentii fabulis, ostendunt. Praeter numerum synaloepharum unicuique arsi vel thesi attributarum numeris superscriptis, quot exstent in arsi vel thesi duabus syllabis effecta, indicabo significans litt. α priorem, β alteram arsis, litt. γ thesis priorem, litt. δ thesis alteram sedem. Versus autem spurios et exempla dubia in tabulis construendis neglexi.

Tabulae omnium quae insunt versibus fabularum Terent. iambicis et trochaicis synaloepharum.

Tab. I.

Synaloephae versuum iamb. senariorum

singuli pedes / singulae fabulae	I A.	I Th.	II A.	II Th.	III A.	III Th.	IV A.	IV Th.	V A.	V Th.	VI A.	VI Th.	summae synal.	numerus versuum	in singulis centum vv.
Andria . . .	17a 2β 99	3γ 11δ 42	16a 2β 72	3γ 81	13a 4β 65	7γ 116	16a 6β 100	2γ 82	1a 1β 60	7γ 1δ 71	6	1	795	514	154,67
Heaut. . . .	19a 5β 96	1γ 7δ 30	18a 3β 80	2γ 2δ 92	17a 9β 64	7γ 1δ 110	19a 99	1γ 90	2a 57	17γ 88	5	4	815	574	141,99
Eun.	13a 4β 89	2γ 17δ 44	22a 3β 80	3γ 2δ 89	18a 8β 89	6γ 85	24a 2β 103	2γ 78	3a 1β 59	6γ 2δ 87	7	6	816	592	137,80
Phorm. . . .	28a 9β 124	3γ 7δ 44	18a 8β 71	7γ 1δ 92	17a 9β 84	4γ 92	21a 5β 125	5γ 81	2a 1β 60	6γ 1δ 82	9	7	871	615	141,63
Hec.	9a 3β 50	2γ 10δ 31	12a 3β 42	3γ 1δ 67	7a 5β 52	1γ 1δ 75	14a 1β 70	3γ 73	41	6γ 63	6	8	578	384	150,52
Ad.	13a 5β 85	4γ 11δ 43	12a 7β 78	2γ 2δ 65	14a 5β 78	3γ 80	19a 3β 98	3γ 1δ 86	6a 77	12γ 3δ 82	6	7	785	575	136,52
Summae . .	543	234	423	486	432	558	595	490	354	473	39	33	4660	3254	143,21

Tab. II.

Synaloephae vv. iamb. septenariorum.

singuli pedes	I		II		III		IV		V		VI		VII		VIII		summae	numerus versuum.	in singulis centum vv.
singulae fabulae	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	synal.		
Andr.	$3\alpha\,1\beta$ 11	1δ 5	3	5	8	2γ 7	1	2	5	1γ 6	2α 11	7	2α 6	9	—	1	87	39	223,^{01}
Heaut.	2α 9	4	5	10	$2\alpha\,1\beta$ 9	6	10	4	$1\alpha\,1\beta$ 11	13	7	15	2α 3	7	—	1	114	57	200
Eun.	$5\alpha\,1\beta$ 16	1γ 11	2α 12	1γ 8	2α 12	1γ 9	1α 19	3	3α 17	2γ 9	3α 18	2γ 19	3α 10	6	—	1	170	101	168,^{32}
Phorm. . . .	1α 7	3δ 4	1α 8	10	2α 6	3	2α 12	1γ 3	1α 7	1δ 8	$2\alpha\,1\beta$ 9	11	2	6	—	2	98	58	169
Hec.	5α 25	9	4α 13	2γ 16	4α 25	1γ 20	1α 23	7	$6\alpha\,1\beta$ 25	$1\gamma\,1\delta$ 13	$1\alpha\,1\beta$ 24	1γ 19	6α 12	31	—	1	263	127	207,^{08}
Ad.	2α 2	—	1	1	2	1	1	—	—	2	—	—	2	1	—	—	13	7	185,^{71}
Summae. . .	70	33	42	50	62	46	66	19	65	51	69	71	35	60	—	6	745	389	191,^{52}

Tab. III.

synalocphae vv. iamb. octonariorum

singuli pedes / singulae fab.	I A.	I Th.	II A.	II Th.	III A.	III Th.	IV A.	IV Th.	V A.	V Th.	VI A.	VI Th.	VII A.	VII Th.	VIII A.	VIII Th.	summae synal.	numerus versuum	in singulis centum v.
Andr. . .	8a 2β 36	1δ 9	5a 1β 2γ 22	29	4a 1β 1γ 25	27	3a 1β 2γ 17	18	11a 3β 30	1δ 39	4a 1β 2γ 25	23	1γ 31	18	2	2	353	172	205.[illegible]
Heaut. . .	5a 1β 1γ 21	1δ 13	3a 1β 1γ 17	21	1β 1γ 14	21	3a 15	21	8a 4β 2γ 26	1δ 24	4a 23	11	3γ 10	18	1	—	259	134	193.[illegible]
Eun. . . .	5a 1β 30	2δ 14	4a 3β 23	19	1a 2β 18	19	4a 2β 1γ 17	17	4a 2β 2γ 19	28	3a 1β 2γ 29	19	2a 18	20	2	2	294	147	200
Phorm. . .	2a 1β 26	3δ 9	3a 1β 18	15	1a 10	17	4a 1β 16	21	2a 11	3γ 2δ 27	2a 12	15	1a 12	1γ 15	4	—	231	117	197.[illegible]
Hec. . . .	2a 1β 27	7	4a 1β 1γ 18	23	1a 21	15	1a 14	1γ 19	2a 1β 1γ 11	18	1a 21	13	1a 1β 2γ 14	10	—	1	232	110	210.[illegible]
Ad.	9a 1β 32	4δ 14	7a 4β 35	26	5a 2β 4γ 28	26	2a 27	1δ 20	6a 3β 4γ 36	31	4a 1β 1γ 31	24	1a 22	4γ 25	3	2	382	186	205.[illegible]
Summae .	172	66	133	133	116	125	106	119	136	167	141	105	107	106	12	7	1751	866	202.[illegible]

Tab. IV.

Synaloephae vv. troch. septenariorum

singuli pedes / singulae fab.	I		II		III		IV		V		VI		VII		VIII		Summae synal.	numerus versuum.	in singulis centum vv.
	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.			
Andr. . . .	3α 6β 2γ 18	31	6α 3β 2γ 36	39	9α 2β 45	1δ 41	7α 2β 28	36	11α 3β 5γ 34	36	4α 2β 4γ 56	32	2α 33	1	7	—	473	219	215,98
Heaut. . .	1α 8β 4γ 1δ 18	39	8α 2β 45	5γ 1δ 45	6α 2β 44	4γ 1δ 36	4α 2β 25	2δ 40	11α 9β 1γ 46	46	9α 43	4γ 43	27	2	5	—	504	279	180,64
Eun. . . .	7β 5γ 1δ 11	31	15α 3β 39	1γ 1δ 29	9α 2β 31	2γ 33	9α 1β 30	2γ 34	7α 4β 35	1γ 2δ 43	10α 2β 43	1γ 1δ 32	1α 20	1γ 4	6	—	421	217	194,47
Phorm. . .	3α 7β 4γ 1δ 21	40	9α 1β 35	2γ 5δ 40	6α 3β 35	1γ 32	7α 2β 33	3γ 1δ 46	3α 1β 32	1δ 30	6α 48	4γ 1δ 31	1α 40	1	8	—	472	234	201,71
Hec. . . .	2α 3β 8γ 2δ 14	40	15α 1β 51	6γ 1δ 51	7α 1β 40	3δ 40	14α 2β 34	2γ 46	10α 4β 38	4γ 45	9α 49	2γ 26	28	2	1	—	505	222	227,48
Ad.	1α 8β 4γ 14	39	6α 2β 33	3γ 40	14α 42	3γ 1δ 30	8α 25	2γ 1δ 39	7α 6β 37	1γ 3δ 29	5α 1β 42	3γ 2δ 21	21	1	4	—	417	205	203,42
Summae .	96	220	239	244	237	212	175	241	222	229	281	185	169	11	31	—	2792	1376	202,91

Tab. V.

Synaloephae vv. octonariorum trochaicorum

singuli pedes	I		II		III		IV		V		VI		VII		VIII		Summae synal.	numerus versuum	a singulis centum vv.
singulae fab.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.			
Andr.	2 1β	1γ 1	—	1	2	—	1α 2	3	1	2	1α 2	2	—	2	—	—	20	8	250,00
Heaut.	—	3	1α 1	2	1	—	2	1	1	1	1α 1β 1	3	2α 3	1	1α 2	—	25	12	208,00
Eun.	1β 2	2γ 4	1α 1β 8	2	1	1γ 5	6	5	1α 4	4	1β 5	6	1α 6	4	—	1	63	22	286,00
Phorm. . . .	1α 1	1γ 2	1α 3	2	1α 3	3	1α 1	6	1β 6	4	4	2γ 3	4	3	1	—	46	19	242,11
Hec.	—	1	1β 3	—	1α 4	3	1α 2	5	1α 1β 4	3	—	2γ 4	1α 4	5	2	—	40	19	210,50
Ad.	—	1γ 1	2	1γ 2	1α 2	1	1	—	1	2	1α 1β 5	1	2	2	—	—	22	10	220,00
Summae. . .	5	12	17	9	13	12	14	20	17	16	20	19	19	17	5	1	216	90	240,00

Tab. VI.

Synal. vv. quaternariorum iamb.

sing. pedes / sing. fab.	I A.	I Th.	II A.	II Th.	III A.	III Th.	IV A.	IV Th.	summae synal.	numerus versuum
Andr. .	—	—	—	—	3	$3^{1\gamma}$	—	—	6	9
Heaut.	$1^{1\alpha}$	1	—	—	—	—	—	1	3	3
Eun. .	—	—	—	1	—	1	—	—	2	8
Phorm.	—	—	1	1	—	—	—	—	2	3
Hec. .	—	—	—	—	—	—	—	1	1	2
Ad. . .	—	—	—	—	1	—	—	—	1	2
Summae	1	1	1	2	4	4	—	2	15	27

Tab. VII.

Synal. vv. quatern. et bin. troch.

sing. pedes / sing. fab.	I A.	I Th.	II A.	II Th.	III A.	III Th.	IV A.	IV Th.	summae synal.	numerus versuum
Andr. .	—	—	1	$1^{1\gamma}$	—	—	—	—	2	1
Heaut.	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1
Eun. .	$1^{1\beta}$	—	$1^{1\beta}$	—	1	—	—	—	3	1
Phorm.	—	—	1	—	—	—	—	—	1	1
Hec. .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2
Ad. . .	$2^{1\beta}$	2	—	—	—	—	—	—	3	3
Summae	2	2	3	1	1	—	—	—	9	9

Ex tabulis constructis intellegimus hunc poetam, de quo agimus, quamquam in nullo uniuscuiusque metri pede plane abstinuit synalocpha, tamen in una alterave sede rarius vocalium concursum admisisse. Cum autem diligentia in formando versus pede extremo ab omnibus poetis temporibus omnibus adhibita sit summa, operae pretium esse mihi videtur, quae sit Terentii ratio ad hanc rem pertinens, accuratius perscrutari. Quam ob rem omnia huiusmodi exempla afferre mihi licebit. Ac primum quidem respiciendi sunt versus in iambum desinentes, quorum extremum pedem synalocpha afficere durissimum erat. Jam ut exempla addam, exstat in syllaba versuum iambice desinentium extrema synalocpha his locis ante interiectionem *hem* vel *em*:

Andr. 248. 351. 359. 420. 462. 590. 592. 786. 859. 928. 969. Heaut. 340. 517. 654. 757. 906. Eun. 237. 817. 962. [977 locus est dubius.] 1077. Phorm. 52. 198. 210. 387. 548. 817. 858. 954. Hec. 205. Ad. 224. 260. 320. 326. 371. 487. 488.

Interiectione *oh* vox loco, de quo agimus, imminuta excipitur his locis: Andr. 306 468. [615 l. d.] 872. Heaut. 397. 439. Eun. 208. 381. 680. Phorm. 193 325. 474. 809. Hec. 630. 697. 721. 877. Ad. 112. 309. 329.

Aliae interiectiones voces h. l. synalocphae subiectas sequuntur: Andr. [615 oh: locus est incertus] Heaut. 313 heus. 480 hui. 606 hui. [1019 oh: l. d.] Eun. 223 hui. 407 hui. 669 oh. 805 hui. Phorm. 51 oh. 286 oh. 301 hui. 857 oh. Ad. 216 hui. 411 hui.

Sequuntur loci, quibus alia vocabula monos. voci antecedenti elisione coagmentantur:

Andr. [51 et: l. d.] [226 ut: l. d.] [256 aut: l. d.] 760 haec. Heaut. 585 hunc. Eun. 84 es. [349 aut: l. d.] 470 huc. 636 hic. 896 es. 1054 hoc. Phorm. 130 haec. 322 hoc. 423 haec. 490 ei. 521 haec. 965 es. Hec. 719 hanc. Ad. [38 aut: l. d.] 394 es 543 es. Restat, ut exempla addam, ubi voce *est* extremus versuum locus occupatur vocabulo quod antecedit correpto. Inveniuntur autem exempla:

a) verborum, quae imminuuntur, in vocalem desinentium haec: Andr. 54. 126. 216. 237. 386. 490. 661. [506 l. d.] 555. 566. 598. 853. 945. 949. 950. Heaut. 82. 133. 170. 328 387. 583.

800. 911. Eun. 27. 130. 352. 359. 408. 527. 549. 638. 671. 761. 804. 831. 839. 951. 1071. Phorm. 32. 61. 77. 139. 164. 184. 265. 281. 421. 453. 504. 580. 629. 698. 840. 899. 983. 911. Hec. 1. 151. 159. 202. 287. 411. 413. 572. 588. 650. 672. 814. 871. Ad. 6. 14. 344. 386. 388. 399. 402. 421. 455. 469. 557. 655. 759. 805. 904. 989.

b) vocabulorum, quae antecedunt, in litt. *m* vel in *us* exeuntium: Andr. 526. Heaut. 53. 158. 161. 267. 346. 463. 515 us. 539. 793. Eun. 104. 429. 502. [496 us's; l. est. dub.] 959. Phorm. 75 us. 99. 100 us. 156 us's. 412. 588. 715 us. 951. 1003 us. Hec. 43. 308. 392 us's. 417. 713. Ad. 82 us. 98 us. 154. 205. 207. 231. 346. 419. 512. 552. 803. 920 us. 953. 961 us. Qua ex magna frequentia exemplorum haud scio an concludi liceat, Terentium verba monos. in sede versuum iambice desinentium extrema voci antecedenti synaloepha coniungere quasi studuisse; nam Plautus, quem a Terentio multis legibus artis metricae diligentius observatis superatum esse satis inter omnes constat, rarius hac, de qua agimus, licentia usus est. Poëtarum autem posterioris aetatis, qui omnes fere hanc synaloepham tam aegre ferebant, ut eam omnino fere ex hac sede eicerent, Publilius Syrus, quamquam verbum *est* h. l. antecedenti vocali synaloepha coniungere non dubitat (cf. *W. Meyer:* Über die Beobachtung des Wortaccentes in der altlatein. Poesie; Abhandlungen der philos.-philolog. Klasse der Königl. Bayerischen Akademie der Wissenschaften Bd. 17 p. 21. 48.) tamen aliter neque ultimae neque paenultimae versuum iambice desinentium sedi synaloepham attribuit, cum Phaedrus ne illud *est* quidem loco de quo agitur, imminuere auderet. Horatius autem in exitu versuum iamb. epodorum semel tantum synaloepha usus est scribens: *neque est.* In fabulis quoque, quas composuit Seneca, nullum vocabulum praeter illud ‚est', quam vocem saepius (in iamb. senariis circiter 70ies) vocales sequentem in versuum exitu invenimus, synaloepha voci antecedenti coniungitur. Terentius igitur contra ceterorum poëtarum consuetudinem cum alia vocabula monos. tum interiectiones elisione voci praeeunti coagmentatas in fine versuum in iambum desinentium ponere studuit. Rarius quam h. l. exstat synaloepha in sede huiusmodi versuum paenultima. Exempla autem haec collegi: Andr. 262 usque adhuc. 470 sensisse ait. 489 nam

id. est. [506 intellexti itast.] [849 mihine ita'. l. est dub.] 908 esse ais. Heaut. 64 nemo habet. 89. rem agis. 111 atque ibi. [238 tam erit.] 304 rogare uti. 942 rem agis. 1060 facile amas. Eun. 129 dubium id est. 345 nulla erat. 305 quorsum eam. 447 atque amat. 549 nemo homost. 634 me habens. 681 ille erat 776 eccum adest 783 rem agit. 845 inde item. 1050 praesto adest. 1055 tantum apud. Phorm. 145 multum habet. 266 causam adest. 382 nossem ita. 453 verum itast. 418 rem:: ohe. 575 venisse eas. 846 tantundem ego. 894 atque ego. Hec. 78 me ubi 184 divinam abit. 415 venisse iter. 437 venturum erum. 497. esse eum. 544 usque adhuc. 661 mirandum id est. 666 me erit. 696 nam id est. 745 uxorem habet. 754 iurandum item. Ad. 73 idem erit. 78 certe is est. 87 nam id est. 181 atque ibi. 343 rem agas. 389 credo ut est. 399 esse itast. 792 eccum adest. 859 usque adhuc. 932 rem agit. Jam ut pergamus synaloephas in pede versuum, qui in trochaeum exeunt, extremo adhibitas enumerare, inveniuntur exempla haec:

A. in thesi:

Andr. 580 namst. 698 responsumst. 714 opperire hic. Heaut. 680 obortast. 706 omnem:: hem. 1000 factumst. Eun. 274 animist. 276 vicissitudost. 541 contumeliast. 546 ornatust. 607 actumst. 744 attinere hanc. 1009 videbo:: oh. Phorm. 750 consecutast. 763 periclist. 786 opitulata es. 787 dignumst. 791 bina:: hui. Hec. 252 adfinitatem hanc. 326 dubiumst. 740 iniquom est. 780 gnatust. [789 segregatast.] 825 nactu's. Ad. 518 villamst. 523 propest.

B. in arsi:

Andr. 299 atque audin. 692 atque edepol. 704 ne erres. 707 impedimento estis. 708 immo etiam. 710 dieculam addo. Heaut. 569 denique esset. 578 amicorum hodie. 706 ordine omnem:: hem. 733 Dionysia agitat. 1002 fidei habeo. Eun. 256 cupedinarii omnes. 290 publice est nunc. 321 ubi habitat. 540 Chaeream:: ei rei. 545 Thaide exit. 552 aegritudine aliquae. 600 ubi absint. 603 ostio obdo. 1011 credidi hominem. 1022 exempla edent. Phorm. 188 eo essent. 748 unde exis. Hec. 248 illorum animos. 273 tecum una. 344 molestiam adfert. 346 gratiam habeo. 351 initium irae. 357 ita aiunt. 524 adeo esse. 607 accepi. uxor. 737 ignosci aequom.

741 tibi habeam. 785 explete animum. 788 invisum hodie [797 gloriam esse]. 816 Pamphile hodie. 847 ita inquam. Ad. 209 atque etiam. 707 filium esse. 709 sinust? hem.

Excepta igitur voce ‚*est*' in thesi versuum, qui trochaeo finiuntur, extrema septies synaloepha invenitur, ac sexies quidem in iambicis septenariis circa 382, semel in versibus troch. octonariis, quorum numerus apud poëtam circiter 90 est. Eadem fere huius synaloephae frequentia apud Plautum distribuitur in versus circiter 1300.

Elisiones in arsi huius trochaei positae, in quibus minus offendendum esse usu poëtarum dactylicorum, qui metricarum legum observantissimi synaloepha in arsi hexametri, cuius ultimus pes trochaeo illi simillimus est, extrema non abstinuerunt, probatur, reperiuntur quadraginta, quarum quatuor tantum sic parantur, ut thesis sequens occupetur vocabulo monosyllabo; sunt enim loci hi: Heaut. 706 ordine omnem:: hem. Eun. 290 publice est nunc. 540 Chaeream:: e͡i re͡i. Ad. 709 sinu'st. hem.

Hac eadem ratione Plautum quinque locis voces imminuisse commemorat W. Meyer in loci citati ea parte, ubi de synaloepha a Terentio in caesura admissa agit. Sed haec hactenus!

Alius versuum locus, qui elisioni minime favet, est arsis versuum trochaicorum prima, quam omnino synaloephae licentia vacare contendens *Klotzius* in libri: ‚Grundzüge alt-römischer Metrik' p. 72 erravisse mihi videtur. Primum enim eo offendor, quod ut valeat illa sententia, locis circa 50 vocabula monosyllaba sequente syllaba longa hiantia et syllaba, quae sequitur, correpta legenda sunt. Quam correptionem, si voces monos. ut ictu acuantur sententiarum ratione postulatur, per se non illicitum num poëta sine iusta causa tot locis praetulerit elisioni, valde dubium esse puto. Praeterea non desunt versus, ex quibus scriptura codicum servata synaloepha illa removeri prorsus nequit. Quam difficultatem Klotzius coniectura tollere conatus est in vv. Andr. 922. Phorm. 347. 483. 529, cum silentio praeterierit. vv. Andr. 341. Heaut. 328. Phorm. 468. 525. 544. Hec. 276. Ad. 563. Mea autem sententia auctoritas librorum manuscr. maior est, quam ut ad legem quandam versibus poëtae arbitrio viri cuiusdam docti illatam sustentandam verba tradita mutari liceat.

Sed iam exploraudum est, quot synaloephas Terentius uni eidem versui tribuerit. In nullo versu senario nisi forte in v. Phorm. 114: *neque eum aequom ait facere: illam civem esse Atticam*, inveni plus quam quinque elisiones; quinque autem exstant in Andr. 118. 146. 273. 420. 544. [548 sec. Dziatzconem.] 572. 807. 813. Heaut. 109. 265. 288. 855. Eun. 84. 172. Hec. 100. 696. 714. Ad. 83. 715.

In iambicis septenariis *sex* synaloephae tributae sunt huic tantum versui Hec. 787 *ah eam rem vin ergo intro eam: : i exple animum eis cogc ut credant*, cum *quinque* legantur in Andr. 299. 684. 708. Heaut. 684. 734. Phorm. 751. 769. Hec. 251. 260. 326. 824. 832. Ad. 209.

Septem elisiones reperiuntur in his vv. iamb. octonariis: Andr. 590 *hoc audi: ut hinc te intro ire iussi, opportune hic fit ut obveram: : hem.* Hec. 297 *via me illim obstruxi atque impeditum in ea expediri animum meum.*

Illim autem l. c. Bothius, ut numeri bene se haberent, ex cod. A *illic* et ceterorum libr. *illinc* restituit. —

Contra in uno eodemque versu troch. septenario sexies tantum vocab. imminuuntur; loci autem, quibus hoc factum est, sunt hi: Andr. 900. 927. Heaut. 906. Eun. 763. Phorm. 539. 559. 876. Hec. 389. 562. Ad. 560.

Ex vv. troch. octonariis hic unus versus habet *septem* elisiones: Eun. 739 *credo equidem illum iam adfuturum esse, ut illam a me eripiat: sine veniat*; sex autem synal. adhibitae sunt in vv.: Andr. 307. Eun. 643. 744. Hec. 281. Versus autem uniuscuiusque metri, quibus pauciores quam quas supra commemoravi elisiones tributae sunt, enumerare supersedeo, cum frequentia eorum permagna sit; frequentissimi sunt versus duabus synaloephis affecti, cum versus synaloepha plane vacantes sint rarissimi.

Cap. II.

De syllabis et elisis et vocem elisam excipientibus.

Multum abest, ut omnes synaloephae eadem sint duritiae. Namque cum in elidendis syllabis brevibus, quae in vocalem exeunt, vix haerendum sit, maiore cum offensione corripiuntur syllabae longae, quas poëta, quo quisque severioribus normis se adstrinxit, eo rarius seq. syllaba brevi imminuere ausus est. Quae res cum ita se habeat, ut qua Terentius in hac re usus esset ratione dilucide appareret, summam operam huic quaestioni dedi atque quaecunque huc pertinent quam accuratissime potui respicere studui. Itaque vocab. monos. in vocalem exeuntia vocibus, quae in vocalem longam desinunt, miscere non ausus sum, et ea monos. quae litt. *m᾽* finiuntur, a vocibus plurium syllabarum in *m᾽* exeuntibus separavi suo quaeque loco tractaturus, quoniam propter hiatum legitimum, utrum synaloepha voci seq. coagmentata an hiantia legenda sint, nonnullis locis incertum est.

In congerendis exemplis secutus sum Dziatzconem iis locis, quos infra incertos commemorabo, exceptis.

Ne ambitus autem huius libelli nimis augeretur, singula exempla, quae certa sint, non attuli, sed de eis, quae ut incerta neglexi, paucis cur ea incerta putem, ratio reddenda mihi videtur. Sunt autem loci hi:

A. in iamb. senariis:

Andr. 11 *non ita sunt dissimili argumento, sed tamen.* In hoc versu exhibendo codices discrepant. Codd. B C D G P praebent: *non ita dissimili sunt argumento, sed tamen,* quae lectio mensuram versus legitimam excedit; cum Umpf. et Fleckeis. Ritterum, qui indiciis codicis E fortasse impulsus verbis *dissimili sunt* transmutatis offensionem removendam esse putat, secuti legendam proponant: *non ita sunt dissimili argumento, sed tamen,* optime fortasse Dziatzco et Spengelius voce *sed* cum Bentleio in *et* mutata lectionem libr. optimorum hanc: *non ita dissimili sunt arg . . .* retinent. Synaloepha igitur *dissimili argumento* coniectura effecta omittenda est.

51. *Sosia et.* Haec elisio deest in codicibus: Donatus addidit voces: *et liberius*'. Accedit, quod vocabulum *liberius* offensione non vacat, ita ut omnes fere editores auctore C. F. Hermanno (cf. R. M. VI p. 444 seq.) voces *Sosia et* seq. usque ad vocem *nam* recte deleverint.

64. Secundum Dziatzconem concentu omnium codicum praeter Bembinum exhibetur: *eorum obsequi studiis adversus nemini.* Bentleius ad hunc locum annotat haec: ‚non difficile est, internoscere hic interpolatorem, qui Terentii purpurae pannum de suo adsuit. Primo hic vitiose ponitur arsis *eorum obsequi studiis.* Hoc in medio versu non fecisset Terentius, qui, ut ait Flaccus, arte vincebat. Deinde bis idem dicitur: aut quod peius, in posteriore loco minus dicitur, sententia decrescente . . . Porro et vitiose hic dicitur *praeponens illis.* Cum enim prius universe locutus sit *nemini*, dicendum utique erat *aliis* non *illis.* Denique vitiose transit oratio ab infin. ad adiectiva'. Bentleius ad offensionem tollendam vocibus *obsequi studiis* transmutatis suo iure vocabula: *adversus seqq.* usque ad *ita ut* valde suspecta uncis inclusit, ita ut synaloephae *eorum obsequi* et *se illis* omittendae sint.

221. *olim hinc quidam*: hinc deest in codd.

226. *ad forum ut.* Vocabulum *ut* ultimo versus loco valde suspectum omnes fere interpretes deleverunt.

270 . . . *se*:: *hem egone.* Interiectionem *hem*, quae deest in codice G, Dziatzco mea quidem sententia metri causa optime uncis inclusit.

277. *sed rim ut queas* sic legi vult Umpfenbachius: Dziatzco: *sed rim ut.* Mihi quidem vox *rim* h. l. aptissime accentu efferri videtur.

289. Elisio *te hunc* a Dziatzcone vocibus poëtae illata est.

439. Vocabula in libr. manuscr. sic sunt coniuncta: *propter huiusce hospitae consuetud. . .* quam lectionem metro non sufficientem plurimi editores sic expediri posse putant: *huiusce propter consuetudinem.* Sed hanc verborum compositionem improbandam esse dicit Dz. contendens pronominum *hice, huiusce*, plenas formas ante vocales tantum positas apud Ter. inveniri; qua causa adductus Dz. aliam versus sanandi viam ingressus scripsit: *eius propter*

consuetudinem huiusce hospitae. Quae cum ita sint, elisiones *huiusce hospitae* et *consuetudinem huiusce* ut dubias neglexi.

525. *atque haud* exhibetur codicibus; Dz. et Fl. pro *atque* legi volunt *atqui.* Equidem secutus sum lectionem codicibus traditam, cum illud *atque* Spengelius defendat annotatione ad huius fabulae v. 225 hac: *atque* = *und doch.* Der Gebrauch dieser Partikel ist bei den Comikern, zum Teil noch bei Cicero, weit ausgedehnter als in späterer Zeit. So wird sie z. B. häufig verwendet, wo der Sprechende durch einen eigenen plötzlichen Gedanken überrascht wird, wie *atque eccum video* abwechselnd und gleich bedeutend mit *sed eccum video.*

532. *ipsum obviam*; haec elisio valde dubia est: in codicibus enim aliis aliter scriptum invenimus; optimi Ter. libri exhibent: *ipsum obviam,* rell. aut: *ipsum obviam Chremem* aut: *ipsum Chremem.*

548. Huius versus lectio a Dziatzcone proposita mihi improbatur, cum pronomen *ego* non apte h. l. ictu efferri mihi videatur; quam ob rem ceteros editores, qui scripturam codicum e vitio laborantem hac vocabulorum collocatione: *utrique id oro te in commune ut consulas* sanaverunt, secutus sum.

717. Ex librorum scriptura hic versus sonat sic: *summum bonum esse erae putavi hunc Pamphilum;* quam lectionem, quamquam numeri bene procedunt, Brugmannus in commentatione, qua quem ad modum in iambico senario Romani veteres verborum accentus cum numeris consociaverint, inquisivit, non vacare offensione ostendit docens, consociationem verborum accentus et ictus rhythmici in tertio senariorum pede prorsus necessariam esse, ita ut hunc locum vocibus iambicis occupari non liceat; qua de causa legendum proponit: . . *erae hunc putavi Pamphilum.* Synaloepha igitur *putavi hunc* est incerta.

718. *amicum amatorem.* Vocabulum *amatorem* sententiarum rationi minime aptum videtur: accedit quod ultimae eiusdem vocis syllabae non bene ictus impositus est. Fortasse cum Bentleio legendum est pro codicum scriptura *amatorem: tutorem.*

868. *tanto opere*; alii codices *tanto opere* in duo vocabula distractum, alii in unum contractum *tantopere* exhibent. Utra sit poetae scriptura discerni non potest.

Heaut. 6. Hic versus fortasse spurius est.

13. *Si hic actor*; *si* coniecit Bentleius pro codicum scriptura *sed*.

55. Dziatzco hunc versum sic legendum proponit: *nec ei fere sane hoc ámplius quicquam fuit*; illud *hoc* a Dziatzcone post *sane* insertum, cum meo quidem iudicio neque ad sententiam neque ad metrum necessarium sit, non respexi.

64. Hunc versum codices exhibent sic: *aut plus eu, at conicio; agrum in his regionibus.* Brixius in commentatione sua quae inscribitur: de prosodia apud Plautum et Terentium putans illud *conicio* h. l. trium syllabarum esse, ita ut in quarto pede anapaestus exstet, in hoc versu minime offendit. Sed valde dubito, num Terentius tanta licentia usus sit, ut ultimas vocis *conicio* duas syllabas synicesi pronuntiari simulque vocali sequenti brevi synaloepha connecti vellet. Sin autem *conicio* quattuor syllabarum esse statuendum est, h. l. efficitur proceleusmaticus illegitimus ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, quem ne in elisione quidem Terentius admisit, quam ob rem coniectura opus est. Fleckeisenus ad hunc locum sanandum praepositionem *in* delevit: magis autem mihi arridet coniectura Dziatzconis, qui illud *agrum* post seq. versus vocem *meliorem* ponens versui quoque 64, qui et ipse, cum pes tertius voce iambica occupetur, offensione non vacat, medicinam parat. Quae res uteunque se habet, satis constat synaloephas *conicio agrum in his* poëtae attribuendas non esse.

83. Omnes codices praebent: *meruisti*; codd. AGFPD: *meruisti* | *eheu*; codex E pro *eheu: ei mihi.* Fleckeisenus, quem secutus est Dziatzco, in hiatu fortasse offendens interiectione *eheu* servata scripsit *commeruisti*, cum Umpfenbachius codicem E secutus legendum proponat: *meruisti ei mihi.* Sed equidem puto scripturam codicum auctoritate firmatam h. l. servandam esse, cum hiatus personarum mutatione excusatus nihil habeat offensionis.

165. *laborem hinc* est synaloepha ex coniectura Bentleii.

174. Hic versus deest in codice Bembino.

365. *offendi ibi*; haec synaloepha non exstat in codice A.

484 seq. Hos duos versus, in quibus est magna variarum lectionum seges, omnes fere editores a sententiarum ratione alienos suo iure cancellis saepserunt.

511. *congruere illi.* Hunc versum, qui codicibus mancus traditur, Dz. veteres editores secutus *illi* post *congruere* inserto restituere studet.

515. *ille adulescentis.* Haec synaloepha non legitur in codd., sed Brixii coniectura, quam Dz. inter poëtae verba recepit, illata est; codices enim exhibent: *ille Cliniae*, quod metro non respondet. Sed alii aliter locum sanare studuerunt.

541. *iocone an serio.* Dz. *iocone* contra rell. editorum *iocon* legendum proponit; ipse de particula *ne* vocibus coniuncta hanc exposuit normam: ‚Hinsichtlich der Wahl zwischen der vollen und der abgeschwächten Form der Fragepartikel (ne u. a.) scheint eine Vergleichung der freilich sehr schwankenden Ueberlieferung zu ergeben: 1) dass nach Conson. natürlich volles ‚ne' eintritt: 2) nach langen Vokalen in: a. mehrsilbigen Wörtern blosses ‚n', b. einsilbigen Wörtern entweder ‚n' oder ‚ne' erscheint; 3) dass nach kurzem Vokale: a. vor kurzem Vokale in der Regel ‚ne', b. vor Conson.: *α.* falls das Wort mit der Fragepartikel selbst den Versaccent hat, volles ‚ne', *β.* andernfalls abgekürztes ‚n' steht; 4) dass die Wörter, in welchen vor ‚ne' ein ‚s' ausgefallen ist, nur ‚n' behalten. ‚Satine' und ‚potine', welche nach 3) behandelt werden, sind nur scheinbare Ausnahmen von 4), da sie aus ‚sate' und ‚pote' mit ‚ne' abgekürzt sind.' Sed Dziatzconem, cum ipse has normas non plane certas esse concedat, ubicunque his legibus nisus scripturam codd. firmatam mutavit, sequi dubito, ita ut huiusmodi exempla ut incerta omittam.

708. Hunc versum Dz. et Fl. suspectum e contextu movent.

786. *tanto opere* aut *tantopere*.

798. Scriptura huius versus, quae invenitur in codd., repugnat metro; emendatio incerta est.

866. *Dicito: : em istuc*: syllaba priore vocis *istuc* correpta vocabula *em istuc* hiantia legere malim, quam vocalem *o* verbi *dicito* simul cum interiectione *em* pronomini *istuc* coniungere.

Eun. 38. Hunc versum Dz. sine iusta causa seclusit.

132. *ubi esse hunc*; *esse* ad versum supplendum a Bentleio additum est.

145. Codices BE exhibent: *cupio abducere*, rell. excepto A, quo praebetur *cupiām, cupiam:* in indicativo non est offendendum, ut docet Andr. 837 *faciunt*.

160. In codd. hunc versum sic compositum invenimus: *nisi si illum plus amás quam me et istam nunc times.* Sed, ut iam supra commemoravi, Brugmannus docuit, vocab. iamb. ne occuparet tertium senarii versus pedem Terentium cavisse. Bentleius, quem omnes editores praeter U., qui solus libr. manuscr. lectionem retinere non dubitat, secuti sunt, verba optime sic transmutavit: *nisi si illum plus quam me amas.*

415. *conc és ferox quia habes* . . sic Dz. hunc versum metitur — sine dubio caesurae causa —. At formam correptam *habes* a Ter. nusquam usurpatam esse Bömer l. c. docuit: mensura autem, qua ceteri editores usi sunt, ex eo laborat, quod hoc modo vox iambica in pede senarii tertio legitur. Quam ad offensionem tollendam fortasse voces *habes imperium* transmutandae sunt, ita ut sic legendum sit: . . *quia impérium habes in beluas.*'

490. Dz. h. l. codd. DGL auctoribus scripsit: . . *nam qui adsentari huic animum induxeris;* sed hic locus est dubius propter codicum varietatem.

674. *habeam: : o factum*: illud *o* codex Bembinus super lineam adscriptum exhibet, ita ut corr. aut. *o* addidisse videantur.

699. Huius et seq. versus synaloephas propter codicum discrepantiam neglexi.

851. Dz.: *satine id*, alii: *satin id.*

860. locus est dubius: nam et libri manuscr. et interpretes in hoc versu proferendo valde discrepant. Codices A P exhibent: *involem in | capillum monstrum;* rell. libri secundum Umpfenbachium habent: *involem | in capillum monstrum* (L. *in* om.): Fl. scripsit: *involem | monstro in cap.* Accuratius de h. l disputavit Conradtius in Hermae 10,107.

916. Scriptura codicum variat: codice A praebetur: *probe edepol;* codd. BCDEFP: *bene edepol.*

991. *Thaidem hanc:* pronomen *hanc* Dz. ex codicibus minoris auctoritatis CDFP in contextum recepit

Phorm. 15. Hunc versum a Guyeto et Ritschelio iure in suspicionem vocatum Fl. et Dz. uncis incluserunt.

284. *timidum ibi* sic legitur in codd.: Fl pro *ibi* coniecit *illic*: sed h. l. Terentius veterem linguae Latinae usum secutus

tertiam syllabam vocis *obstupefecit* longam usurpasse mihi videtur, ita ut lectione codicum servata sic metiendum esse putem: . . *timidum ibi obstupéfecit* . .

309. Dubium est, utrum *adduce: : eo* an *adduc: : eo* legendum sit.

356. versus non genuinus ab omnibus editoribus uncis includitur.

369. contra Dz. h. l. legere velim: *ni cum esse*.

410. *abduce hanc;* in codice A legitur *abduc*, in rell. *abduce*. Neue in libri Latein. Formenlehre² II p. 336 seq. docuit, imperativos vocabulorum et simplicium ‹dicere›, ‹ducere›, ‹facere› et compositorum ut ‹abducere› apud veteres Romanos plerumque vocali ‹e› terminatos esse; utrumque igitur poëtae usurpare licuit.

667. Verba huius versus varia collocatione coniunguntur, ita ut synaloepha *pone inquit* in dubio relinquenda sit.

909. Dubium est, utrum *tanto opere* an *tantopere* statuendum sit.

949. *puerili inconstantia; inconstantia* Fl. coniecit pro codicis A *sententia*.

976. hunc versum ex Plaut. Most. 655 sumptum, id quod primus intellexit Guilielmus, Fl. et Dz. suo iure uncis incluserunt.

Hec. 2. *nova ei novom; ei* est ex coniectura Bentleii; metri causa post vocem *nova* verbum, quod orditur a vocali, aut monosyllabum aut pyrrhichium addendum est.

7ª—7ᶜ. Hos versus, quos Dz. ex prologo fabulae Heaut. sumptos h. l. inseruit, iam in fabulae Heaut. exemplis congerendis respexi.

34. Hunc versum merito in suspicionem vocavit Grautoffius.

49—51. Hos versus Fl. et Dz. h. l. spurios deleri volunt. Dz. ad hunc locum annotat haec: ‹49—51 eidem in Heaut. prol. 48—50 leguntur: quamquam in A duo priores versus ibi desunt, eos neque in utroque prologo admitti consentaneum est et in nostro aptius omitti sententiarum conexus docet; itaque cum Fleckeiseno eos omisi; aliter sentit Wagner N. J. 1865 p. 281 et in edd.› Equidem Dz. secutus synaloephas, quae reperiuntur in his versibus, fabulae Heaut. attribui.

66. Codices exhibent: *atin eximam* et hos secutus sum.

163. Hic versus fortasse non genuinus est.

206. *nescio ita;* vocem *nescio* ad versum e vitio laborantem sanandum addidit Fl.; hanc igitur synaloephan poëtae attribui non licet.

637. *tua ista sit* edidit Dz. sine iusta causa codicum scriptura *tua siet* neglecta.

654. Pro lectione codd. tradita *reddac* scripsit Dz. *reddace*.

688. versus hic et 690 Bentleio suspecti a ceteris editoribus iure uncis inclusi sunt.

698 cf. 654.

Ad. 29. *atque ibi* sic Dz.; codices et omnes editores ceteri exhibent *aut ibi*. Vox *aut*, cum sententiarum rationi repugnet, tolerari nequit: sine dubio scribendum est aut cum Dziatzcone *atque ibi* aut fortasse *et ibi*.

34. Hic versus deest in codice A.

38. Ex lectione codicum huius versus et v. praecuntis varia scripturae a criticis propositae valde inter se discrepant.

749. Secundum cod. A hic versus sonat sic: *ita mi di bene ament il video tuam ego inceptiam;* in codd. BCEFP scriptum invenimus: *ita me di ament, ut video tuam ego inceptiam.* Sed C. Reinius in commentatione, qua de pronominum apud Ter. collocatione agit, utramque scripturam propter pronominum collocationem in suspicionem vocat. Dz. secutus est codd. DG, ubi legitur: *ita me di ament, ut video ego tuam inceptiam*, sed hoc modo pronomen *ego* iambum aequare opus est, id quod usu Terentiano plane abhorret. Ex his, quae attuli satis clare elucet, synaloephas huius versus ut incertissimas neglegendas esse.

840. *eterum ego;* cum vox *ego* om. in codd. BCDEFGP, hanc elisionem incertam in dubio reliqui.

B. in iamb. septenariis:

Andr. 686. In hoc versu constituendo alii alium verborum ordinem praebent, cum aut versui caesuram parare studerent aut in lectione libr. manuscr. tradita huc: *cm Pamphile optume mihi te offers* non haerendum esse putarent. Krausius R. M. VIII

p. 544 hunc versum inter eos, qui caesura carent, numerat. Quae cum ita sint, hunc versum in congerendis exemplis praetermisi.

Heaut. 1001. Elisiones, quae exstant in hoc versu, cum lectio libr. Ter. varie exhibita aliter ab aliis temptata sit, ut incertae neglegendae sunt.

Eun. 260. Idem valet et lectio cod. A *mihi esse tantum honorem* et ceterorum libr. *me esse tanto honore*, ita ut dubium sit, quid poëta scripserit.

267. In codd. legitur: *ostium* (BEGP ‹hostium›) *Thaidis*. Ad hanc lectionem corruptam sanandam pro codicum scriptura *Thaidis* coniecerunt Muretus ‹meretricis›, Bentleius ‹opperiri›, Bothius ‹Thaidii›, Dziatzco ‹hoc astare›. Synaloepha igitur *ostium hoc* coniectura effecta neglegenda est.

286. Apud Dz. legimus *tu hic:* sed *tu* ad lacunam explendam addidit Dz.

593. Varia huius versus lectio invenitur in libris manuscr.: Dz. cum codd. DL legendum proponit *in lecto illac:* in cod. A exstat *in lectulo conlocavi*, quae lectio metro non respondet: rell. libri exhibent: *in lectum illac*, quem accusativum commendat Sp. in annotatione ad Andr. v. 126. Apud U. et Fl. voces *eam in* hiantes legendae sunt, ille enim versum sic expedit . . *deinde eam* | *in lecto conlocarunt*, hic legi vult . . *deinde eam* | *in lectulo locarunt*. Propter varietatem scripturae elisionem, quae invenitur in Dz. editione *lecto illo*, praetermisi.

Phorm. 821. cod. A auctoritate adducti *U.* et *Dz.* vocabulo ‹parare› in ‹parere› mutato legendum proponunt: *modi in animo parere* . . *Fl.* rell. libr. et Donati lectione nisus sic voces ordinavit *modi parare in animo* . . Elisio igitur *modi in* certa non est.

Hec. 247. Huius versus voces usque ad vocab. ‹omnibus›, cum eorum collocatio in codicibus varia sit, neglexi.

789. Hunc et seq. versum Dz. deleri vult annotans haec: ‹v. 791 deest in A: post v. 783 leg. in E^2D, vulg. secluditur: at cum v. 789 compluribus dubitationibus obnoxius sit, hunc una cum sequente uncis includere praestat›. Sed cum non satis liqueat, quae sint illae dubitationes, cum et codices omnes consentiant in scriptura vv. 789 et 790 exhibenda et sententiarum ratio sit aptissima, magnopere dubito Dziatzconi astipulari: versum autem 791,

qui neque codicum auctoritate firmatur neque duobus versibus qui antecedunt servatis ad sententiarum rationem quadrat, non genuinum esse puto.

797. Hunc versum suspectum plurimi editores iure uncis meluserunt.

826. *postquam id video; id* om. in codd. A B C E F P.

C. in iamb. octonariis:

Andr. 225. Hunc versum plurimi editores merito deleri volunt.

263. *cine ego* aut *cin ego*.

398. Codices exhibent *alia otiosus*, Donatus *aliam otiosus*; dubium est, utra sit poëtae scriptura.

506. *intellexti itast*; haec synaloepha non exstat in codd., sed Conradtius addidit *itast*.

535. Et *tunc an* et *tun an* legitur.

613. *qua audacia; audacia* coniecit Fl. pro codicum *fiducia*.

614. *me equidem* scripsit Dz. pro libr. *me quidem* ex coniectura sane lenissima.

861. *intro hunc; hunc* in aliis codd. locis aliis collocatum librarii, ut versum, cui voce *sublimen* in *sublimem* correcta syllaba deerat, restituerent, fortasse addiderunt.

940. Vocabulorum: *ut mihi unus scrupulus etiam* collocationem codd. traditam Dz. transmutavit rei metricae causa; equidem puto cum Fl. *mihi* in *mi* contrahendum esse: illud enim *unus* hoc modo maxime effertur. id quod sententiarum rationi aptissimum est.

Heaut. 232. In huius versus elisionibus congerendis secutus sum Fl., qui lenissima mutatione usus lectionem corruptam optime sanasse mihi videtur.

238. *istuc iam erit; iam* om. libri.

678. Voces: *idem illud ad me* in libris manuscr. varie collocatae ab aliis editoribus aliter coniunctae sunt.

999. *an iam uxorem;* sic legi vult Dz. recte affirmans codicum scripturam *anne* tolerandum non esse, cum hoc *anne* alibi in altero tantum duplicis interrogationis membro positum inveniamus; sed tamen exemplum neglegendum erat.

1010. Hunc versum ex codicum discrepantia interpretes varie suo arbitrio constituerunt.

Eun. 591. Huius versus voces et codd. et editores alii aliter coniungunt, ut. quae elisiones a poëta ipso usurpatae sint. discerni nequeat.

662. *illi hinc* sic Dz.; Btl. *hinc illi; hinc* deest in codd. Accuratius de h. l. agitur in Engelbrechtii ‚stud. Terent.' p. 69.

665. Varie in libris manuscr. huius versus vocabula collocantur.

Phorm. 175. neque verba ipsa neque eorum collocatio usque ad vocem ‚amittere' satis certa sunt.

194. in vv. 194—196 dimetiendis editores ex scriptura codicum varia magnopere dissentiunt, ita ut incertum sit, cui versuum loco synaloepha quaeque tribuenda sit.

243. Lectio huius versus, quae invenitur in Cic. Tusc. disp. III, 14,30. ubi versus huius fabulae 241—246 afferuntur, discedit a librorum Ter. scriptura. Dz. hunc versum omnino non genuinum esse non sine causa suspicatur.

795 *rideo: : chem;* ut vitetur proceleusmaticus falsus. cum codd. B C E P *hem* pro *chem* legendum est.

Hec. 201. Hic versus corruptissimus fortasse non genuinus est; Dz. eum uncis inclusit.

313. *concivisse ere: ere* ad versum mancum supplendum Btl. addidit.

Ad. 262. Codex A litteris *ign* et *i* post *m* inductis exhibet *quiignominiasibi,* codd. C P *quin omnia sibi,* B D E F G *qui omnia sibi:* lectio igitur incerta est.

277. *tu i intro: i* ab Btl. additum neglexi.

313. Hunc versum valde corruptum Dz. uncis inclusit.

334. Codice A praebetur *si uxorem;* rell. codd. *sibi uxorem;* alii editores vestigia cod. A. secuti scripserunt *se uxorem,* alii *sibi uxorem;* utrumque arti et grammaticae et metricae respondet.

533. Elisio *esto ego* in dubio relinquenda esse mihi videtur. cum non satis liqueat, num poëta *esto* an *es* h. l. usurpaverit.

539. Legitur et *potine ut* et *potin ut;* synaloepha igitur certa non est.

592 et 945. His locis Dz. non secutus sum, qui *tanto opere* legendum proponit pro codicum *tantopere*.

597. *esse animum; esse* coniecit Madvigius pro codicum *in*, sed fortasse sine iusta causa.

601. Hunc versum, quem Dz. fortasse recte uncis inclusit, cum versibus neque antecedentibus neque sequentibus artissime sententiarum ratione coniunctus sit, in conferendis exemplis praetermisi.

602. *illi ita animum;* ut numeri bene procederent, Dz. post *illi* inseruit *ita*, cum Fl. *illi* in *illic* mutaverit et Btl. *iam* posuerit ante *amicam;* scriptura igitur incerta est.

603. Codices exhibent *hac officio*, sed cum omnibus aliis locis Ter. vocem *fungi* cum accusativo coniunctam usurpaverit, complures editores h. quoque l. accusativum recte restituisse mihi videntur, quam ob rem synaloephan *huoc officium* inter certas elisiones enumeravi.

D. in troch. septenariis:

Andr. 256 *proloqui aut*: vox *aut* extremo versus loco suspecta a Dz. inclusa est, cum Conradtius in Hermae 10,137 codice P. auctore *aut* in initio versus seq. collocat; Sp. *aut* in eundem locum recepto sine verborum transmutatione v. 257 iamb. metitur

258. forma huius versus a Dz. edita improbanda est, cum voci *ego* mensuram iambicam tribuat; itaque in hoc versu citando secutus sum Fl.

353. *quaeram aut; aut,* quod verbum meo quidem iudicio sententiarum rationis gratia aptius omittitur, Dz. contra optimorum libr. auctoritatem ex codd. DE inter poëtae verba recepit.

345. *euge o;* Fleckeiseno praeeunte Dz. *o* addidit fortasse offendens in forma interiectionis *euge* spondiaca, quam Sp. exemplo ex Plauti Bacch. 1005 repetito probari posse contendit.

849. Codd. praebent *mihin;* Dz. *mihine*, cf. Heaut. 541.

850. In hoc versu restituendo viri docti inter se dissentiunt, ita ut elisiones incertae omittendae esse mihi videantur.

864. Hunc versum Dz. inter iambicos septenarios retulit; sed cum hoc modo pronomini *ego* mensura tribuatur iambica, U. et

ceteri editores trochaica mensura in hoc versu scandendo recte usi sunt.

Heaut. 902. *hisce aedibus*. Locus est incertus. Dz. ipse, num hunc locum recte sanaverit, dubitat dicens in annotationibus criticis haec: *hisce* Dz. add. hiatus evitandi causa; vulg. cum D'G: *est mihi ú. c. in aed.* fortasse recte. *Hisce* mea quidem sententia non quadrat ad sententiarum rationem; omnino coniectura non opus est, cum in hiatu diaeresi excusato non offendendum sit.

950. *vivo adeo*. In hunc versum idem valet atque in v. 902.

1021. *idem itidem*; versui, ut rhythmus bene se haberet, Dz. illud *idem* inseruit, alii aliud.

Eun. 560. Huius versus, qui corruptissimus est, synaloephas ut dubias omisi.

811. *iam aderit;* locus est dubius propter codicum discrepantiam.

Phorm. 507. Bentleium secuti Fl. et Dz. hunc versum suspectum secluserunt.

542. *itane : : ita*: locus est dubius.

853. *homo hominum ornatissume*, has elisiones praetermisi; codices enim et editores in his vocibus ordinandis inter se discrepant.

874. Discerni nequit, num poëta h. l. usurpaverit *utine* an *utin*.

877. Ex lectione codicum varia eae tantum synaloephae, quibus voces: *fabulam : : immo etiam* coagmentantur, certae esse mihi videntur.

1022. Codex A exhibet: *quid sperem*: Fleckeiseni emendatio *qui id sperem* certa esse videtur.

1040. Dz. legi vult contra codd. plenam formam *adeone*. cf. ann. ad Heaut. 541.

Hec. 218. Hunc versum a Dz. inclusum, cum omni offensione non vacare videatur, in exemplis congerendis non respexi.

238. *lassam oppido*: haec est unica huius versus elisio, quam certam esse puto: ceteras propter codicum discrepantiam dubias in medio reliqui.

In vv. 283 et 530 legitur *tanto opere* et *tantopere;* hi igitur loci non sunt respiciendi.

283. *domum hui; hui* est ex coniectura Fl.

288. et 363. voci *his* Dz. addidit *e*.

393. et seq., qui ad sententiarum rationem non optime quadrant, Dz. cum Hoelzero (‚de interpol. Ter.' diss. inaug. Hal. Sax. 1878) sustulit; itaque synaloephas: *nam aiunt* et *postquam ad te* omisi.

462. *una hac;* vox *hac* in cod. A super lineam adscripta a corr. rec. contextui inserta est.

609. Hunc versum fortasse spurium non respexi.

Ad. 329. Ad hunc locum cf. ann. ad Hec. 288.

540. *sum infelix*; haec elisio propter codicum discrepantiam non est certa.

627. H. l. Dz. voces *ipsum id* transmutavit, ita ut vocis *ipsum* syllaba prior correpta sit; quamquam in hac correptione minime haerendum est, tamen libr. manuscr. auctoritate adductus secutus sum ceteros editores.

996. *facto opus;* haec verborum collocatio a nonnullis editoribus facta est transmutatione.

E. in troch. octonariis:

Hec. 281. Ex codicum discrepantia hic versus ab editoribus varie exhibetur. In libro optimo Bembino additur hic versus sic: *nemini plura*, quibus vocibus superscriptum est *ego;* codd. D F G praebent: *nemini ego plura*, cum F² G *ego* post *plura* positum habeant. Qua re adductus synaloepham vocibus *nemini ego* tributam neglexi, et in enumerandis elisionibus huius versus ceteris editione U., qui verborum ceterorum collocationem codd. summae auctoritatis firmatam servavit, usus sum.

613. *ita istuc vis;* sic scriptum invenimus in codd. excepto cod. Bembino, qui *vis* omittit. Dz. vocibus *ita istuc* verbo *vis* sententiarum rationis gratia suo iure deleto inseruit *tu*. Sed haec synaloepha *tu istuc* coniectura effecta neglegenda erat.

Hi sunt loci, quibus a Dz. lectione decessi. Sed priusquam, quae sit Terentii ratio in elidendis syllabis, prout longae aut breves sunt aut in ‚m' exeunt, afferam, nonnulla praemittere mihi licebit.

Quod primum ad syllabas ancipites pertinet, ancipitum esse vocalium putavi voces iambicas et verbum ‚immo', cum poëtam et illas in vocalem exeuntes altero arsis solutae vel thesis dissyllabae

loco saepe corripuisse (cf. Bömer l. c. p. 69) et adverbium ‚immo' interdum pyrrhichium usurpasse satis inter omnes constet.

Deinde de vocabulis monosyllabis haec commemoranda esse mihi videntur. Btl. in ‚schediasmate de metris Terentianis', quam commentationem editioni fabularum Ter. praemisit, de licentia hiatus ab hoc poëta admissa hanc statuit normam: ‚in his (scl. hiatibus), inquit, ‚tria sunt observanda nusquam hoc fieri, nisi in verbo monos., quod vocabulum si exit in vocalem, oportet syllabam esse longam, ictum denique habere in prima syllaba anapaesti.'

Cum igitur Terentius verborum, quae sunt: inde, unde, ille. iste. ipse, (esse), similia, priorem syllabam brevem quoque usurpaverit. difficile est, ubicunque in arsi his vocibus praecedit voc. monos. discernere, utrum synaloepha an ictu voci monos. imposito hiatus statuendus sit: idem cadit in eos locos, ubi arsis duabus monos. vocibus continetur. R. Klotzius l. c. p. 71 de hac re dicit haec: ‚auch in dem Falle, wo die Verbindung zweier einsilbiger Wörter besonders eng wird, nämlich bei prosod. Hiatus, wie *‚tam in brevi'* und *‚quae in te'* kann das metrische Kürzungsgesetz wirken. Allein wir sind hier meist nicht in der Lage, zu unterscheiden. ob prosod. Hiatus mit Verkürzung oder einfache Elision vorliegt'. Quamquam huic Klotzii affirmationi in omnes partes minime assentior, cum longe plurimis de quibus agimus locis synaloepha statuenda sit, tamen fieri potest, cuius rei veniam peto, ut uno alterove loco vocem monos. elisam esse statuerim. ubi aptius voces hiantes legantur.

Denique voces, quales sunt *meum, mea,* similes quae synizesi pronuntiandae simulque voci seq. synaloepha coniungendae sunt. inter haec vocabulorum monos. exempla enumeravi. Sunt autem loci hi:

A. in iamb. senariis:

Andr. 781 eam uxorem. Heaut. 830 rei esset. Eun. 130 mea illic. 701 eum esse. 702 meam ipse. Hec. 48 meae auctoritate. 709 mea uxor. Ad. 10 integrum eum hic. (Necesse est h. l. ultimam vocis ‚integrum' syll. simul cum ‚eum' verbo ‚hic' coniungi, cum voces dactylicae nusquam in thesi apud Terentium elisae inveniuntur, ut infra docebo.) 742 tua arte. 854 rei hunc.

B. in iamb. septenariis:

Hec. 247 scio esse. 788 eo etsi.

C. in iamb. octonariis:

Andr. 939 tuam inveniri Heaut. 230 meo essent 398 mea Antiphila. Eun. 1036 meam inventam. Hec. 311 eum infirmum. Ad. 593 meum officium.

D. in troch. septenariis:

Andr. 976 scio esse. Heaut 381 mea Antiphila. 880 tuo ingenio. Eun. 766 tuam esse. Phorm. 232 meum imperium. Ad. 874 meam autem. 980 tuom officium.

Quibus praemissis iam, quot locis synaloephas unusquisque modi apud Ter. invenerim, addam. Saepissime corripiuntur syllabae breves, exstant enim huiusmodi exempla circa 2957 in fab. Ter. et quidem:

	2009	seq. syllaba longa ac				948	seq. syll. brevi, cum			
voces plurium syll. m finitae	1956	ex	.	.	.	.	564	ex	.	.
vocales productae	1613	ex	.	.	.	.	482	ex	.	.
vocab. monos. in vocalem exeuntia	1220	ex	.	.	.	.	225	ex	.	.
vocab. monos. in m desinentia	650	ex	.	.	.	.	167	ex	.	.
vocales ancipites	212	ex	.	.	.	.	158	ex	.	.

elidantur

Quo facilius intellegamus, qua ratione exempla in singulos numeros distribuantur, hoc quoque loco tabulam confeci.

Synaloepha effectae sunt:	A. voces in voc. productam exeuntes		B. vocales ancipites		C. voces in voc. brev. desinentes		D. voces plurium syll. litt. ‹m› finitae		E. monosyll. in vocalem. desin		F. monosyll. in ‹m› exeunt.	
	seq. syll. longa	seq. syll. brevi	seq. syll. longa	seq. syll. brevi	seq. syll. longa	seq. syll. brevi	seq. syll. longa	seq. syll. brevi	seq. syll. longa	seq. syll. brevi	seq. syll. longa	seq. syll. brevi
in iamb. sen.	736	221	96	73	930	450	894	233	558	103	296	70
in iamb. septen.	119	35	27	11	148	64	144	32	83	19	47	16
in iamb. octon.	232	82	31	20	346	137	377	113	226	43	117	28
in troch. septen.	490	132	56	52	536	270	500	161	317	56	175	48
in troch. octon.	35	12	2	1	46	21	34	21	23	3	14	4
in iamb. quat.	1	—	—	—	2	3	5	—	2	—	1	1
in troch. quat.	—	—	—	1	1	3	2	—	1	1	—	—
Summae . . .	1613	482	212	158	2009	948	1956	560	1220	225	650	167

Ex comparatione numerorum tabula constructa illustrata Terentium cautius egisse in eludendis syllabis longis et in ‚m' exeuntibus et in vocabulis monosyllabis quam in brevibus vocalibus clare dilucideque apparet. Quod autem Terentius vocales longas nusquam in sede arsis vel thesis altera synaloephae subiecit, cum Bömerum l. c. Hec. 331 sic: *máxume erí'* dimensum erravisse infra docturus sim, de synaloephae ratione nihil probatur, ut infra ostendam, neque ex sedibus, ubi vocales longae brevi syllaba sequente imminuuntur, quidquam concludi potest. In vocalibus ancipitibus (i. e. in vocibus iambicis) tam saepe ante syll. brevem correptis minime haerendum esse cognoscemus, si consideravimus et Terentium et omnes fere poetas scaenicos sermonis usitati natura quasi coactos voces iambicas aeque fere cum licentia adhibuisse ac pyrrhichicas, quae iis exceptis, quae litt. ‚m' finiuntur, saepius brevi syllaba seq. quam longa a Terentio elisae sunt.

Cap. III.

Quaestiones selectae.

Aeque atque elisio vocalis longae seq. syllaba correpta vituperanda est synaloepha eorum vocabulorum, quorum syllaba paenultima e vocali constat. Cum longum sit, omnes locos huc pertinentes enumerare, sufficiat commemorare, quae sit frequentia synaloephae huiusmodi verborum in singulis numeris. Ex 1047 fere exemplis, ubi syllabam, cui antecedit alia vocalis, synaloepha a Terentio affectam invenimus, exstant 460 in iamb. senariis, 317 in troch. septenariis, 165 in iamb. octonariis, 78 in iamb. septen., 25 in troch. octon., singula in quatern. iamb. et troch., quorum omnium arsi circiter 693, thesi 354 attribuenda sunt. Sed quod frequentia huiusmodi synaloephae apud Ter. tanta est, poëtae vitio tribuendum non esse videtur, cum voces, quales sunt ‚omnia' similesque, in versibus iamb. et troch. primo pede excepto usurpari non facile liceret nisi elisioni subiectas. Hae synaloephae durissimae sunt, si vocalis paenultima est longa. Nisi fallor unum tantum tale exemplum nomine proprio excusatum legitur Eun. 290 *Piraeo abierit'*. Ceterum illa synaloepha minoris fuisse videtur offensionis in senarii pede quarto et secundo, exstant enim in illo

exempla 134, in hoc 119, contra 39 in pede primo, 81 in pede tertio, 71 in pede quinto, 11 in pede sexto. In ceterorum numerorum pedes, nisi forte iamb. septen. pedem quartum eximi oportet, qui prae pedibus huius numeri ceteris huic synaloephae favisse videtur, huius synaloephae exempla aeque fere distributa sunt.

Cum multum praeterea intersit, cuius formae metricae sint voces, quae imminuuntur, iam agere mihi proposui de certis quibusdam formis: de vocabulis monosyllabis, iambicis, dactylicis, creticis, bacchiis. Ac primum quidem videamus de monosyllabis. L. Mueller in libro, qui inscribitur ‚de re metrica' p. 283 commemorat ad dactylicos poëtas imprimis spectans ex verbis monos. aptissima esse synaloephae: ‚me, te, se, mi (= mihi), tu, qui (sg.) si, ni, de, cum, tum, num, iam, nam, quam, tam, sum', contra verba: ‚sim, qui (pl.), do, sto, spe, dem, stem, rem, spem' et ea, quae in diphthongum exeunt, nusquam in syllaba brevi elidi. Quas normas ex poëtarum dactylicorum usu imprimis repetitas quatenus Terentius observaverit ut intellegamus, non opus esse arbitratus omnes locos, ubicunque vocab. monos. elisa sunt, enumerare, cum exempla, ubi seq. syll. longa imminuuntur, permulta sint, ea tantum exempla, ubi monos. immiuuta excipiuntur syllaba brevi, afferam: sunt autem haec:

A. in iamb. senariis:

de: Adelph. 253. di: Heaut. 463. Eun. 474. Hec. 106. [Ad. 749 l. d.] do: Andr. 295. me: Andr. 818. Heaut. 51. 77. 432. 501. Eun. 125. 152. 435. 446. 634. 920. Phorm. 291. 399. 582. 892. Hec. 78. 437. 657. 666. Ad. 50. 82. mi: Andr. 471. Phorm. 223. [619. 654. 1010. his locis Dz. sine iusta causa pro codicum ‚*mihi*' scripsit ‚*mi*'.] Hec. 84. ne: Heaut. 357. 556. 825. Hec. 27. 125. Ad. 882. ni: Eun. 674. Ph. 369. quae (fem. sg.) Heaut. 852. quae (fem. pl.) Andr. 118. quae (neutr. pl.): Andr. 740. Heaut. 855. Eun. 120. Phorm. 424. Ad. 30. 826. qui (sg.): Andr. 10. 154. Eun. 400. 488. Phorm. 4. Ad. 358. 402. qui (pl.) Andr. 107. Heaut. 142. Eun. 432. quo: Phorm. 355. Hec. 495. Ad. 78. quoi: Phorm. 363. re: Hec. 410. Ad. 925. se: Andr. 136 [270 l. d.] Ad. 46. 828. si: Andr. 440. 572. Heaut. 456. Eun. 27. 853. 865. Phorm. 359. 605. 661. Hec. 32. 129. Ad. 154. 512. 753. te: Andr. 42. Heaut. 60. 922. Eun. 54. 174. 176. 885. Phorm. 449.

Hec. 696. Ad. 32. 797. 838. 842. 933. tu: Andr. 149. Heaut. 848. Eun. 450. 474. 534. 897. Phorm. 229. 637. 970. Hec. 70. 83. Ad. 41.

B. in iamb. septenariis:

de: Heaut. 690. me: Heaut. 612. Hec. 830. mi: Andr. 697. 709. Eun. 281. [Ad. 710. h. l. exhibent codices *mihi*.] quae (neutr. pl.) Hec. 244. re: Hec. 785. se: Andr. 687. Hec. 819. si: 249. te: Andr. 708. Heaut. 703. Eun. 598. Phorm. 794. Hec 251. 326. tu: Andr. 299. 685. Heaut. 281. Hec. 355.

C. in iamb. octonariis:

de: Andr. 211. Heaut. 230. me: Andr. 534. [614 locus est incertus.] 620. 937. Heaut. 223. 258. 614. 668 bis. Eun. 302. Phorm. 718. 837. Hec. 581. 582. 853. Ad. 258. 594. mi: Andr. 238. [940 locus est dubius.] Heaut. 220. [232 l. d.] 236. ne: Heaut. 577. Ad. 270. qui (sg.): Eun. 1045. Phorm. 161. 471. qui (pl.) Ad. 594. qua: Ad. 179. quo: Ad. 270. re: Heaut 669. Phorm. 476. si: Ad. 192. [601 bis. locus est incertus]. 603. te: Eun. 219. Ad. 268. 535. 597. 946. tu: Heaut. 585. 1003. 1007. Phorm. 496.

D. in troch. septenariis:

de: Eun. 298. di: Heaut. 953. me: Andr. 510. 645. 827. 828. 896. Heaut. 947. 1031. Eun. 363. 945. 1031. Phorm 860. 864. Hec. 407. 475. Ad. 321. 697. 879. mi: Andr. 254. Heaut. 1052. 1060. Eun. 627. 756. Phorm. 508. ne: Andr. 330. 902. Hec. 403. 841. ni: Eun. 230. Phorm. 544. quae (fem. sg.) Heaut. 973. quae (ntr. pl.) Ad. 706. qui (sg.) Hec. 608. 852. qui (adv.) Heaut. 897. re: Ad. 327. se: Eun. 800. si: Andr. 249. 258. Phorm. 207. Hec. 525. 750. Ad. 989. te: Andr. 820. Eun. 791. Hec. 386. 389. 873. Ad. 692. tu: Andr. 332. 907. Phorm. 849. Hec. 462. Ad. 168. 543.

E. in troch. octonariis:

me: Phorm. 735. Hec. 519. [*mi:* Phorm. 728; *mihi* quod h. l. exhibetur codicibus, omni offensione vacat: quam ob rem Dziatzconem, qui *mi* legi vult, non secutus sum.]

F. in troch. quaternariis:

Ad. 524. *'si abesset'*.

Haec sunt exempla, quae inveni; restat igitur, ut summam faciens comparandi causa addam, quae sit frequentia synal. horum verborum seq. syllaba longa.

Vocabulum igitur

de eliditur circa	44	ies	seq.	syll.	longa,	5	ies	seq.	syll.	brevi;
di	5	„	„	„	„	4	„	„	„	„
do	3	„	„	„	„	1	„	„	„	„
me	245	„	„	„	„	58	„	„	„	„
mi	92	„	„	„	„	16	„	„	„	„
ne	65	„	„	„	„	12	„	„	„	„
ni	12	„	„	„	„	4	„	„	„	„
quae (fem. sg.)	22	„	„	„	„	2	„	„	„	„
„ (fem. pl.)	3	„	„	„	„	1	„	„	„	„
„ (neutr. pl.)	14	„	„	„	„	7	„	„	„	„
qui (sg.)	35	„	„	„	„	12	„	„	„	„
„ (pl.)	16	„	„	„	„	4	„	„	„	„
„ (adv.)	15	„	„	„	„	1	„	„	„	„
qua	3	„	„	„	„	1	„	„	„	„
quo	20	„	„	„	„	4	„	„	„	„
quoi	—	„	„	„	„	1	„	„	„	„
re	53	„	„	„	„	6	„	„	„	„
se	42	„	„	„	„	6	„	„	„	„
si	110	„	„	„	„	24	„	„	„	„
te	230	„	„	„	„	31	„	„	„	„
tu	143	„	„	„	„	26	„	„	„	„

Jam ut pergamus, verba monos. littera *'m'* finita his locis ante syllabam brevem corripiuntur:

A. in iamb. senariis:

cum: Eun. 522. Hec. 491. Ad. 500. dum: Andr. 807. Heaut. 550. Hec. 192. iam: Andr. 786. 813. Heaut. 104. 799. Eun. 633. 673. Phorm. 351. 361. 628. Hec. 126. nam: Andr. 60. Heaut. 282. 457. Phorm. 39. 587. 888. Hec. 420. 691. 696. Ad. 87. 143. 654. num: Phorm. 411. quam (partic.): Andr. 163. 529. Heaut. 450. 507. Eun. 938. Phorm. 41. 584. Hec. 111. 448. Ad. 75. 109.

quam (accusativ.): Andr. 273. Heaut. 927. Eun. 68. 928. Phorm. 371. Hec. 685. Ad. 91. quem: Andr 161. Eun. 489. Phorm. 367. 380. quom.: Andr. 152. 424. 883. Phorm. 912. 928. Ad. 139. rem: Heaut. 89. Eun. 138. Phorm. 418. Ad. 932. sum: Heaut. 784 857. 921. Eun. 90. 147. Hec. 15. tam: Phorm. 956. tum: Heaut. 445. Eun. 514. Hec. 186. Ad. 851.

B. in iamb. septenariis:

dum: Phorm. 770. iam: Andr. 684. 704. Hec. 273. 348. nam: Heaut. 689. Eun. 290. num: Heaut. 738. quam (partic.): Hec. 259. quam (accus): Heaut. 687. quem: Eun. 561. Hec 260 rem: Heaut. 740. Hec. 791. sum: Hec. 270. tum: Eun. 597.

C. in iamb. octonariis:

dum: Andr. 201. 597. Heaut. 257. Eun. 570. Ad. 196. iam: Heaut. 238. Hec. 296. nam: Andr. 489. Phorm. 832. Hec. 567. Ad. 194. 602. quam (partic.): Andr. 203. Heaut. 213. quem: Heaut. 614. Hec. 574. quom: Hec. 300. Ad. 354. rem: Eun. 783. Ad 335. 343. sum: Andr. 616. 937. Heaut. 983. Hec. 302. tam: Andr. 493. Heaut. 1005. Eun. 212. tum: Eun. 570.

D. in troch. septenariis:

dum: Heaut. 714. Hec. 745. iam: Andr. 622. Eun. 725. 765. 811. Phorm. 525. Hec. 543. Ad. 590. nam: Andr. 922. Heaut. 328. 891. Eun. 947. Hec. 276. 814. Ad. 859. quam (partic.): Andr. 825. 968. Hec. 767. Ad. 701. quam (acc.): Eun. 963. Phorm. 564. Ad. 867. quem: Andr. 341. 962. Hec. 763. Ad. 292. 563. quom: Andr. 839. Heaut: 385. 1024. Phorm. 202. 538. Hec. 230. Ad. 166. rem: Heaut. 942. Phorm. 861. Ad. 977. sum: Andr. 370. Phorm. 204. 530. Hec. 536. 614. Ad. 634. tam: Eun. 210. tum: Heaut. 602. Phorm. 549. 1023.

E. in troch. octonariis:

dum: Ad. 157. iam: Phorm. 179. nam: Phorm. 468. tum: Andr. 608.

F. in iamb. quatern.:

Andr. 636 ‹sum egomet›. Vocabula igitur monos., quae in ‹m› desinunt, toties fere synaloephae subiecta in fabulis Ter. deprehenduntur:

voc.	‹cum›	57ies	seq.	syll.	longa,	3ies	seq.	syll.	brevi
„	‹dum›	53	„	„	„	„	12	„	„	„	„
„	iam	63	„	„	„	„	24	„	„	„	„
„	nam	93	„	„	„	„	27	„	„	„	„
„	num	5	„	„	„	„	2	„	„	„	„
„	quam (partic.)	68	„	„	„	„	18	„	„	„	„
„	quam (acc.)	65	„	„	„	„	11	„	„	„	„
	(ex his	53	„	: ‹quam ob rem›)						
„	quem	15	„	seq.	syll.	longa,	11	„	„	„	„
„	quom	51	„	„	„	„	15	„	„	„	„
„	rem	56	„	„	„	„	12	„	„	„	„
„	sum	40	„	„	„	„	18	„	„	„	„
„	tam	25	„	„	„	„	6	„	„	„	„
„	tum	28	„	„	„	„	9	„	„	„	„

Vocabula monos., quae Terentius nisi seq. syll. producta synaloephae non subiecit, haec sunt: da (2), i (imper.) (2), o (interiect.) (1), prae (2), pro (22), sta (1), sto (1), spe (6), vi (4); clam (4), dem (2), em (6), sim (4), spem (8), vim (1) (numeris in uncis additis indicatur, quotiens illa verba synaloepha syllabae longae coagmententur).

Voces iambicas, in quarum synaloepha poëtae dactylici omnem dederunt operam ne elisae exciperentur vocali brevi, Terentium non raro ante syll. brevem corripuisse iam supra commemoravi. Summa licentia poëta usus est in elisione pronominis *‹tibi›*, cui voci usu tritae haud scio an mensura legitime iambica deneganda sit. Itaque in exemplis proferendis vocem *‹tibi›*, ubi synaloepha afficitur, addam. Vocabula mensurae iambicae ante syllabam productam his locis imminuuntur:

A. in iamb. senariis:

Andr. 34. 104. 116. 226. 467. 468. 469. 497 tibi. 525. 573 tibi. 663. 679. 731. 744. 751. 789. 817. 885. 894.

Heaut. 63. 167. 270. 273. 349. 429. 439. 482 tibi. 752. 761. 843. 850. 871. Eun. 83. 84. 189. illi adducantur'. 340. 455. 483 tibi. 509. 515. 522. 538. 670. 685. 834. 895. 899. 909. [916 locus est dubius] 920. 938. Phorm. 36. 74. 149. 217. 227. 268. 306. 372 bis. 375. 395. 414. 490. 590 tibi. 629. 634 tibi. 642. 972. 974. tibi. Hec. 75 tibi. 154. 166. 197. 415 tibi. 421. 496. Ad. 143. 231. 235. 614. 645. 649. 722. 753. 821. 836. 883. 906. 917. 931.

B. in iamb. septenariis:

Andr. 299 illa. 694 tibi. Heaut. 683 tibi. 683. 687. 692. 695. 729 tibi. [739 tibi huc': locus incertus est.] Eun. 255. 541. 543. 610. 753. 1014. 1024. Phorm. 756. 774. 780. 787. Hec. 258 tibi. 740 tibi. 781. 820. 822. 832.

C. in iamb. octonariis:

Andr. 181. 191. 506. 683 tibi. 956. Heaut. 199. 238. 241. 401. 585. 999. Eun. 307. 368. 386. Phorm. 809. 819. Hec. 213. 297. 318. 545. 604. Ad. 172. 189 tibi. 219 tibi. 260. 264. 320. 537 tibi.

D. in troch. septenariis:

Andr. 255. 351. 353 tibi. 376 tibi. 514. 523. 639. 846. 850 tibi. 860. 928 tibi. 968 tibi. Heaut. 176 tibi. 249. 315. 328. 329 illi. 339. 387. 605. 639. 957 tibi. 1013. 1027. 1060. 1066. Eun. 208 tibi. 234. 239. 718. 763. 804. 807. 1054. 1085. 1092. Phorm. 158. 212. 318 tibi. 519 tibi. 525. 538. 566. 842. 883. Hec. 168. 548. 877. Ad. 543. 636. 702 tibi eos. 706. 981.

E. in troch. octonariis:

Heaut. 568. Phorm. 188.

Loci, quibus voces iambicae seq. syllaba correpta elisae leguntur, sunt hi:

A. in iamb. senariis:

Andr. 388. 418. 420 tibi. 550. 563. 659. 738. 745 illi. 762 tibi. Heaut. 71 tibi. 80 tibi. 156 tibi. 356 tibi. 377. 590 tibi. 763 tibi. 822. 872. 920 tibi. 935. Eun. 84. 349. 485 tibi. 496 tibi.

506. 822 tibi. 838. 841. 883 tibi. 919. 926. 931. 1000. Phorm. 358. 435 tibi. 439 tibi ĭmpingam. 588. 681 tibi. 965. 993. Hec. 162. 173. 190. 443. 493 tibi. 494 iube ĭllam. 643 tibi. 647 tibi ĭllud. 682. 726. Ad. 111. 133. tibi ĭstuc. 413. 440. 511. 667. 721. 733 tibi ĭstuc. 738. 746. 819 tibi. 895 tibi.

B. in iamb. septenariis:

Andr. 704 tibi. 714. Eun. 539. 1023 tibi. Phorm. 821. Hec. 243. 741 tibi. 781. 789. Ad. 209.

C. in iamb. octonariis:

Andr. 501 tibi. 508 tibi. 615. 618 tibi. Heaut. 402. 1003. Eun. 379 tibi. 661. Phorm. 725. Ad. 192 tibi. 195. 220. 284. 314. 351. 620.

D. in troch. septenariis:

Andr. 306. 327. 348. 370. Heaut. 243 tibi. 318. 338. 592 tibi. 593 tibi. 610 tibi. 624 tibi. 1032. Eun. 252. 363. 716 modo hĭnc. 756. 761. 764. 797 tibi. 1076. 1088. Phorm. 484 tibi. 505. 509. 539. 557 tibi. 562. 842. 1017. 1027. 1039. 1041. 1053. 1054. Hec. 228. 238. 474. Ad. 161. 559. 570. 581. 688. 694. 696 bis.

E. in troch. quatern.: Eun. 747.

Nusquam vox iambica synaloephae subiecta invenitur in prima thesis dissyllabae sede. Qua in uniuscuiusque numeri versus sede vocab. iambica elidantur. tabulis illustretur, ac prima quidem tabula continentur elisiones ante syllabam productam, secunda ante syllabam brevem.

Tab. I.

sing. pedes	I		II		III		IV		V		VI		VII		VIII	
„ num.	A.	T.	A.	T.	A.	T.	A.	T.	A.	T.	A.	T.	A.	T.	A.	T.
iamb. sen. . .	21	—	30	—	8	4	22	1	1	—	3	—				
„ sept. . .	1	—	4	—	2	—	9	—	4	2	2	1				
„ oct. . .	1	—	7	—	2	1	4	—	3	1	6	—	—	—	3	
troch. sept. . .	—	3	9	—	5	1	10	2	3	1	13	1	—	—	5	
„ oct. . .	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	

Tab. II.

sing. pedes	I		II		III		IV		V		VI		VII		VIII	
„ num.	A.	T.	A	T	A	T	A	T	A.	T	A	T	A	T	A.	T
iamb. sen. . .	12	9	16	4	12	1	4	—	2	2	—	—				
„ sept . .	3	—	1		1	—	—	1	2	—	1	—	1	—		
„ oct. . .	2	2	2	—	2	—	2	—	5	—	1	—	—	—		
troch. sept. . .	10	1	4	6	5	—	2	3	9	3	1	—	1	—		
„ quat. . .	—	—	1	—												

Voces dactylicas in fabulis Ter. circa 386ies elisas invenl, ac 313ies quidem seq. syll. longa, 73ies seq. syll. brevi. Exempla huiusmodi synaloephae ac primum quidem seq. syll. producta deprehenduntur his locis:

A. in iamb. senariis:

1) voc. quae in litt. ‚m' exeunt:

Andr 9. 13. 107. 171. 221. 424. 438. 551. 573. 725. 872. Heaut. 93. 97. 112. 278. 311. 340. 427. 471. 480. 500. 799. 845. 927. Eun. 184. 343. 462. 636. 680. 827 890. Phorm. 39. 67. 95. 113. 120. 218. 288. 290. 309. 352. 367. 451. 653. 954. 966. Hec. 43. 173. 329. 498. 719. 854 428. Ad 10. 466. 677. 715.

2) voc. in vocalem ‚e' desinentium:

Andr. 61. 97. 153. 286. 532. 567. 675. 724. 759 817. 819. 871 bis. Heaut. 156. 862. 926. Eun. 192. 402. 481. 523 Phorm. 52. 62. 86. [301 l. d.] 387. 434. 464. 649. 986. Hec. 118. 123. 138. 151. 424. 627. 635. 650. Ad. 21. 55. 123. 416. 652. 675. 933.

3) voc. dact. vocali ‚a' finitarum:

Andr. 59. 73. 113. 784. 790. Heaut. 460 bis. 525. 926. Eun. 59. 158. 337. 515. 824. 923. 940. Phorm 130. 256. 309. 423. Ad. 9. 141. 373. 500. 882.

Exempla, ubi sequitur syllaba brevis, haec sunt:

1) voc. dact. in ‚m' desinentium:

Andr. 85. 750. [866 l. d.] Heaut. 93. 787. Eun. 143. 398 411. 690. Phorm. 397. Hec. 66. 150. Ad 228. 377. 887.

2. voc. dact. in vocalem ‚e' exeuntium:

Andr. 106. 417. Heaut. 364. Phorm. 2. 47. 61. 102. 126. 377. 392. Hec. 56. 183. 189. Ad. 445. 901.

Ex his exemplis allatis exstant in arsi pedis secundi 36. in arsi pedis tertii 23, in arsi pedis quarti 89, in arsi pedis sexti 11. Pes igitur quintus synaloepha vocab. dactylicorum vacat.

In iamb. septenariis voces dactylicae elisione affectae leguntur seq. syll. longa his locis:

Heaut. 681. 696. 732. Eun. 264. 266. 270. 283. 540. 575. 595. 601. 603. 1011. Phorm. 753. 782. Hec. 349. 825. 832. Ad. 707. Locis enumeratis voces dact. in ‚m' exeunt. In exemplis, quae sequuntur, voces dact. vocali ‚e' finiuntur. Heaut. 706. Eun. 262. 269 bis. 545. Hec. 255. 265. 268. 824.

Vocabula, de quibus agimus, in ‚a' cadentia imminuuntur his locis:

Eun. 1017. Phorm. 765. Hec. 264. 271. 339. 523. 831. 833. 840. Seq. syllaba brevi haec tria exempla inveniuntur: Eun. [261 l. d.]. 287. 1012. Hec. 795. (His duobus locis ex fabula Eun. repetitis exeunt voces in ‚e'. altero loco in ‚m'.) Distribuuntur haec 40 exempla in singulos pedes hac ratione: in arsi pedis secundi exstant 4, in arsi pedis quarti 20. in arsi pedis quinti 1, in arsi pedis sexti 11, in arsi pedis septimi 4: in tertio igitur pede iamb. septenarii haec elisio adhibita non est.

Ex iamb. octonariis haec congessi exempla seq. syllaba producta:

1) voc. dact. in ‚m' desinentium: Andr. 234. 590. 929. 948. Heaut. 618. Eun. 223. 310. 377. 385. 555. 565. 773. 778. 788. Phorm. 477. 745. Ad. 216. 312. 331. 336. 343. 624.

2) voc. dact., quae finiuntur vocali ‚e': Andr. 200. 493. 654. 933. Eun. 314. 736. 779. Phorm. 192. 237. 742. Hec. 585. 853. 862. Ad. 175. 186. 341. 934.

3) voc. dact. quae in ‚a' exeunt: Andr. 311. 934. Heaut. 225. 234. Phorm. 247. 475. 717. Hec. 595. [867 l. d.] Ad. 299. 606.

Sequente syllaba correpta voces dact. imminutae excipiuntur ac primum eae quidem, quae in conson. ‚m' desinunt: Andr. 951. Heaut. 191. Phorm. 476. Hec. 545. 861. Ad. 170. 291: deinde

quae vocali ‚e' finiuntur: Andr. 947. Eun. 781. Phorm. 175: tum quae in vocalem ‚a' cadunt: Heaut. 264. Eun. 308. 651. Haec exempla, quae et ipsa omnia in arsi exstant, his pedibus sic attributa sunt: pedi secundo 17, pedi tertio 10, pedi quarto 7, pedi quinto 1 (Ad. 336, qui locus, cum scriptura codicum variet, fortasse in dubium vocandus est), pedi sexto 26, pedi octavo 1. Vacant igitur tali synaloepha pes septimus et exemplo illo incerto excepto pes quintus.

Ut iam videamus, quae sit huius elisionis ratio in vv. trochaicis, exempla afferam sub 1, 2, 3 prout voces elisae exeunt in ‚m' aut in ‚e' aut in ‚a'.

Sequente syllaba longa exempla reperiuntur in vv. troch. septenariis haec:

1) Andr. 228. 360. 622. 830. 842. 859. 925. Heaut. 397. 1014. 1048. 1053. Eun. 236. 350. 703. 706. 796. 797. 805 bis. 962. 1055. 1093. Phorm. 190. 201. 322. 489. 513. 536. 876. 1026. Hec. 522. 743. 748. 804. 811. 846. Ad. 167. 200. 319. 637. 877. 960.

2) Andr. 323. 334. 644. 898 bis. 974. Heaut. 633. 721. 1042. Eun. 352. 626. 970. 1051. 1054. 1069. Phorm. 322. 325. 544. 741. 858. Hec. 241. 382. 482. 755. 806. Ad. 631. 679. 864. 878. 969. 983.

3) Andr. 248. 847. Heaut. 599. 639. 907. 962. 1058. Eun. 253. 715. 1077. Phorm. 208. 344. 521. 558. 739. Ad. 309. 329. 978 bis. 990.

Sequente syllaba brevi haec exstant exempla:

1) Andr. 339. 902. Heaut. 602. Eun. 1030. 1072. 1091. Phorm. 874. Hec. 237. Ad. 971.

2) Andr. 254. 255. 379. 920. Eun. 721. Phorm. 881.

3) Andr. 323. 975. Heaut. 629. Eun. 243. Hec. 870. Ad. 321. 961.

Haec exempla, quae aeque ac supra allata, omnia in arsi deprehenduntur, hac ratione singulis pedibus attributa sunt: pedi secundo 23, pedi tertio 12, pedi quarto 13, pedi quinto 13, pedi sexto 39, pedi septimo 3, sedi versus extremae 12; in troch. igitur septenariis cum pes secundus tum pes sextus huic synaloephae favisse videtur.

Restat ut exempla ex vv. troch. octonariis congeram; sunt illa seq. syll. producta haec:

1) Eun. 643 Ad. 156. 617.

2) Heaut. 569. Eun. 746. Hec. 613. Ad. 160.

3) Heaut. 175. Hec. 527.

Syllaba brevi seq. vox dact. in litteram ‚m' desinens corripitur: Hec. 284. Ex his exemplis inveniuntur in pede secundo 2, in pede tertio 2, in pede sexto 3, in pede quarto et septimo et octavo singula.

Voces igitur dactylicas Terentius synaloephae non subiecit nisi in syllaba accentu rhythmico ponderata. Sane loci supra omissi supersunt, quibus consideratis ut rem aliter se habere suspiceris adduci possis; sunt autem hi: Andr. 186 hocíne agis. Heaut. 203 huncíne erant. Eun. 99 sicíne agis. 403 sicúbi eum. 804 sícine agis. 851 sátine id. Phorm. 955 hicíne ut. 1012 haecíne erant. 1013 haecíne erant. Hec. 282 hancíne ego. 771 haecíne east. Ad. 128 sicíne agis. 237. hocíne ĭllos. At his exemplis, si accuratius ea inspexeris, illam sententiam minime refutari concedes intellegens voces his locis occurrentes, praeterquam quod omnia fere haec exempla inveniuntur in pede primo, in quo componendo poëtis semper et ubique maiore licentia uti licebat, non esse legitime dactylicas, sed ex duobus vocabulis compositis quasi duas, quales et ipsum poëtam eas re vera putasse vel ex eo clare elucet, quod non solum in pede primo, sed etiam in pedibus et secundo et quarto et sexto paenultimae illarum syllabae accentum imposuit. Similiter Terentius syllabam paenultimam vocum ‚videne', ‚tacene' vocali ‚e' elisa aeque ac vocabulorum iamb. syllabam posteriorem corripuit. Accedit, quod nullo alio loco fabularum Ter. vocabula trium vel plurimum syllabarum (Phorm. 1038 *fallácíam ab íllo;* locus non prorsus certus est.) in sede thesis dissyllabae altera imminuuntur. Quod cum ita se habeat, novam synizesis apud Terentium constituendae causam eis, quae Boemer comment. p. 33 seqq. exposuit, addidisse mihi videor.

Inveniuntur enim haec exempla: Phorm. 309 *Phaédria eum requíre.* Ad. 9 *fábula eum Plautús. 10 íntegrum eum híc.* Cum igitur, ut iam supra commemoravi, nullo alio fabularum Ter. loco vocab. dactyl. in thesi elidatur, his locis, ut synaloepha arsi

tribuatur, illud pronomen *eum* synizesi pronuntiandum est, ita ut *eum* in v. Ad. 10 simul cum ultima vocis *integrum* syllaba voci seq. *hic* synaloepha coagmentetur et similiter cetera.

Aeque ac voces dactylicas vocabula cretica poëta, quominus in thesi immiscuerit, abstinuit, nam in v. Hec. 331, quo loco per se licitum est sic metiri: *maxume eri*, ita ut synaloephae exstet in thesi, cum huic mensurae repugnent omnia alia exempla, syllaba vocis *eri* posteriore correpta accentus ponendi sunt sic *maxume ĕri*. Locis fere 216 voces creticae apud Ter. correptae inveniuntur, ac 169ies quidem seq. syllaba producta, 47ies ante vocalem brevem. Huiusmodi synaloepharum iamb. senariis attributarum exstant in pede secundo 28; ante syllabam productam: Andr. 166. 465. 747. Heaut. 121. 424. 437. 757. 829. Eun. 110. 189. 519. 826. 905. Phorm. 453. 597. Hec. 260. 332. 632. Ad. 405. 451.; ante syllabam brevem: Andr 196. Heaut. 308. 488. Eun. 818. Phorm. 656. 684. Hec. 499. Ad. 444; in pede tertio 10; seq. syll. longa: Andr. 422. 891. Heaut. 541. Eun. 518. Phorm. 683; seq. syll. brevi: Andr. 125. Heaut. 408. Eun. 95. 99. Phorm. 447; in pede quarto 34; ante syll. longam: Andr. 35. 101. 423. 436. 550. 571. 765. 781. Heaut. 46. 54. 144. 866. Eun. 72. 75. 129. 530. 899. 974. 975. Phorm. 137. 270. 578. 604. 618. 956. Hec. 108. 169. 830. Ad. 20. 144; seq. syll. brevi: Eun. 694 Phorm. 304. Hec. 331. Ad. 655; in pede sexto 7 seq. syllaba longa: Andr. 785. Eun. 669. 896. Phorm. 286. Hec. 205. Ad. 487. 488. Pes igitur quintus huiusmodi elisione vacat, cum maxima frequentia exemplorum sit in pede quarto et secundo.

Versum iamb. septen. pedi secundo tributae sunt huiusmodi synaloephae tres: Heaut. 694. Hec. 816. 824. pedi quarto 12: Heaut. 697. 704. 726. 734. Eun. 275. 277. 321. 1005. Hec. 236. 251. 359. 825. [Phorm. 754 l. d.], pedi sexto 3: Phorm. 777. Hec. 341. 836; pedi septimo 3: Eun. 603. 1011. Hec. 816. Duobus tantum his ultimis locis vox elisa excipitur vocali brevi, cum Eun. 286 ‚Parmeno ĕho' locus sit incertus.

Ex iamb. octonariis haec contuli exempla: a. seq. syll. longa: Andr. 176. 592. 593. Heaut. 239. 677. 997. Eun. 562. 1038. 1049. Phorm. 175. [194 l. d.] 193. 474. 483. 742. 801. 817 Hec. 314 bis. 315 600. Ad. 259. 260. 310. 520. 537. 622. 624.

b. seq. syll. brevi: Heaut. 674. Eun. 576. Phorm. 476. 478. 502. Hec. 574. 598. Ad. 215. 623. Ex his exemplis allatis exstant 11 in pede secundo, 7 in pede tertio, 3 in pede quarto, 1 in pede quinto, 10 in pede sexto, 4 in pede octavo.

In troch. septenariis voces creticae corripiuntur his locis: a. seq. syllaba longa: Andr. 250. 328. 330. 331. 342. 352. 382. 823 bis. 835. 836. 842. 899. 911. 961. Heaut. [176 l. d.] 321. 575. 579. 722. 1015. 1046. 1056. 1057. Eun. 237. 305. 362. 756. 763. 953. 961. 1027. 1058. 1072. Phorm. 197. 198. 204. 231. 317. 528. 850. 871. 872. 875. 882. 1045. Hec. 238. 383 808. 842. Ad. 167. 206. 309. 322 548. 589. 679. 863. 875. 967. b. seq. syllaba brevi: Heaut. 339. 396. 626. 897. 1038. Eun. 951. 963. Phorm. 504. 858. 1050. Hec. 221. 233. 398. 474. Ad. 518. 972. Iam ut addam, qua in versus sede exempla exstent, inveniuntur 12 in pede secundo, 11 in pede tertio, 15 in pede quarto, 11 in pede quinto, 22 in pede sexto, 3 in arsi octava, 1 in pede septimo Heaut. 575. Hoc tantum uno loco paenultimo pedi versuum, qui iambice exeunt, huiusmodi synaloepha attributa est.

In vv. troch. octonariis haec exempla reperiuntur: Andr. 301. Pamphile hódie. Heaut. 562. Clitipho ítane. Eun. 740 ilico écfodientur. Hec. 841 Parmeno étiam. Ad. 150 ilico haéc.

Voces dactylicas et creticas Terentius in thesi synaloephae ideo non subiecit, quod omnino vocabula trium vel plurium syllabarum ita non imminuit — ne voce monos. quidem sequente —, ut dactylus huius formae: – ⏑ (⏑)⏑ efficeretur. Apud Plautum autem huiusmodi dactylus legitur in Stich. v. 719 ‹haú tuum istuc ést vereri te. éripe ĕx ore tíbias›; fortasse aliis quoque locis. Causa, cur illae voces apud Terentium in sede arsis solulae altera imminutae non sint, manifesta apertaque est: nam hac ratione syllabae illorum vocabulorum paenultimae accentus iniciendus fuisset, id quod aures Romanorum valde aegre tulissent.

Voces bacchiae in thesi tantum fere a Terentio synaloepha affectae sunt, nimirum quia in arsi imminutae non tam facile versui aptari poterant. Loci, quibus voces bacchiae eliduntur, exstant hi in iamb. senariis:

a. seq. syllaba longa: Andr. 120. 123. 274. 453. 557. 741. Heaut. 96. 417. 420. 477. Eun. 20. 55. 150. 461. 477. 495

‚cúm amica, ímper.' 819. Phorm. 131. 609. 624. 710. 915. 917. 956. Hec. 54. 92. 122. 148 ‚amori óbsequi'. 504. 703. Ad. 25. 33. 132. 232. 509. 642. 664. 817. 823.

b. seq. syllaba brevi: Andr. 120. 131. Heaut. 110. 140. 146. 856. Eun. 537. Hec. 54. 681. Ad. 114. Ex his exemplis exstant in pede secundo 15, in pede tertio 17, in pede quarto 8, in pede quinto 9; exempla arsi attributa duo me supra exscripsisse vides.

In iamb. septenariis repperi haec exempla: Heaut. 702 aperte íta. 732 Charini audívi. Eun. 551 profecto intérfici. 557 adíbo hanc. 596. laváto. accipio. 1009 vidébo ah. Phorm. 752 locávi huic. 763 iniquo hoc. Hec. 782 profécto in hac. 790 amícae erunt. 837 benígno et lep. Ad. 707 negóti ? hoc.

Ex iamb. octonariis contuli haec exempla: Andr. 202 apérte ipsam. 210 relinquo cíus. 602 felélli; in nuptias. Heaut. 226 pudice eluctam. 992 in patérna iniuria. Phorm. 170 modéste istaec. 716 lubído eadem. 727 rogábo: : ubi. Ad. 954 in senécta attenti.

Ex vv. troch. septen. afferendi sunt hi loci: Andr. 365 tumúlti accessi. 523 paráto opus. 821 perícli incepi. Heaut. 253 reliqui unde. 339 perículo esse. 573 lubído ea. 651 puélla exponeret. 962 omísso et suavia. Phorm. 484 palaéstra exit. 543 triúmpho ex nuptiis. 562 amíco amicus. 860 profécti; interea. Hec. 226 labóri haud. 231 puélla anum. 274 inique aeque. 379 profécto hoc. 472 tidéli animo. 472 benigno in. 552 moléste ac. Ad. 169 abísti hic. 590 adíbo atque. 860 omitto id quam. 879 amári et magni. 974 nepóti huius.

Summam si facimus circa 93ies voces bacchiae in fabulis Ter. imminuuntur: 71ies ante longam, 22ies ante brevem syllabam. Cum voces dactylicae et creticae imprimis synaloephae subiectae sint in iamb. senarii pede quarto, voces bacchiae praecipue in pede iamb. senarii tertio elisioni aptissimae fuisse videntur.

Extrema commentatione iam signata quaedam, quae commemoratione imprimis digna visa sunt, afferam, ac primum quidem videamus de proceleusmatico, qui in elisione legitur hic locis:

Andr. 66 sine invídia. 118 aspício ádulescentiam. 398 interea áliquid. 466 bonum ingénium. 477 discípuli : : égo quid. 498

et quid agam hábeo. 639 sed quid agam ádeamne. 684 modo tu ánime. 745 forum; quid ĭlli hóminum. 759 propera ádeo. 779 alia áliam. Heaut. 79 ego ŭt fáciam. 100 neque ut ánimum. 125 video álios. 161 utinam íta di. 193 quidem in hómine. 391 interea áliquid. 547 facile équidem. 614 nisi me ánimus. 616 equidem úbi. 668 nisi me ánimus. 781 perpetuom út ĭllam. 872 ego dómi ero sí. 910 quod ĭlle óperam. 1002 fidei hábeo. Eun. 17 habeo ália. 19 ita ŭt fácere. 149 cupio áliquos. 162 ego ĭd tímeo. 282 ad ĭllam : : áge. 494 ego hĭnc ábeo. 509 mé video áb ea astute. 578 quisquam ad eam ádeat. 680 namque alium hábui. 803 diminuam égo. [805 principio éam esse; h. l., cum dubium sit, num Terentius syllabam vocis e s s e priorem corripuerit, aptius fortasse sic legitur: ‹principio ēam ēsse›.] 811 tibi iam áderit. 1069 principio égo. 1078 principio ét habet Phorm. 48 alio úbi erit. 97 ea síta erat. 276 invidiam ádimunt. 494 capiti ĭdem ego. [795 ‹vídeo : : ehem›; codd. BCEP exhibent pro ‹ehem› ‹hem›.] 1019 medio ábiit. Hec. 42 ego ĭntérea. 244 facere égo tamén patrio ánimo. 259 quam ego id ádeo. 270 ego sum ánimo. 747 animo érit. 817 minume équidem. Ad. 214 facerem : : ádulescenti. 268 quidĕm te hábeo. [313 ‹mihi id hábeam›; l. d.] 318 eriperem óculos. 710 itaque ádeo. 744 aliquo ábiciundast. 786 aliquo ábeam.

Duo supersunt loci, ubi codicibus proceleusmaticus huius formae ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ traditur: Heaut. 63 ‹*conicio agrum in his regionibus*›; de hoc loco iam supra tractavi; et ibid. 502 ‹*ádero* : : *ita*›, quem locum Bentleius voce *adero* in *adsum* permutata sanavit. Exemplis, quae paulo supra contuli, accuratius consideratis verborum collocationes in proceleusmatico legitimo ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ synaloepha effecto varias esse intellegemus; sunt enim hae:

⏑ ⏑ (⏓)‖⏑ ⏑; ⏑ ⏑ (⏓)‖⏑ (⏑)‖⏑ ⏑; ⏑ ⏑ ‖ (⏓)‖⏑ ⏑;

⏑ (⏑)‖⏑ ⏑ ⏑; ⏑ ‖ ⏑ (⏑)‖⏑ ⏑; ⏑ (⏑)‖⏑ ‖⏑ ⏑:

⏑ ⏑ (⏑)‖⏑ ‖⏑; ⏑ ⏑ ‖⏑ (⏓)‖⏑.

Extremo loco enumeraturi sumus ea exempla, quibus syllaba producta, quae vocem elisam sequitur, correpta est.

A. in iamb. senariis:

Andr. [64 ‚obsequi adversus': hunc locum corruptum esse iam supra annotavi.) 65 ita ut facillume. 66 sine invidia. 146 égo illud. 391 sine omni. 409 modo ut póssim. 420 neque istic. 466 bonum ingénium. 480 ego in pórtu. 564 neque illúm. 742 ubi illic. 766 eho an nón. Heaut. 66 ita atténte. 71 tibi esse. 79 ego ut fác. 110 ego istúc. 156 tibi illest. [358 ‚súam esse'; cum non satis pro certo constet, Terentium, ut iam supra commemoravi, syllabam vocis *esse* priorem corripuisse, ea exempla, ubi synizesi adhibita correptio staduenda non est, uncis inclusi.] 417 item ut filium. 505 quia in ré. 523 quidem hercle. 590 tibi istas. 779 égo ille. 866 quóque esse. Eun. 19 ita ut fácere. 94 égo istuc. 151 sine illúm. 159 ego exclúdor. 162 ego id timeo. 453 idem hoc túte. 494 ego hinc ábeo. 506 domi ádsitis. 537 ubi illást 637 sine illa. 684 quia illam. Phorm. 21 sibi esse. 97 néque illi. 113 sibi eius. [369 eum esse.] 391 égo illum. 396 ita ut dicis. 437 égo illam. 439 tibi impingam. 974 égo illam. 993 cáve isti. Hec. 42 ego intérea. 185 ubi illíc. 335 era in crimen. 494 inbe illám. 512 néque hic mi. [632 ‚méa uxore' aut ‚mea uxore'.] [637 ‚túa ista' l. d.] 643 tibi illam. 647 tibi illud. 671 eho an nón. 713 neque illi. Ad. 116 égo illi. 133 tibi istúc. 237 hocine illo. 362 grége illos. 733 tibi istúc. 787 ita ut dixi. 827 ita ut vól. 845 égo istuc.

B. in iamb. septenariis:

Andr. 708 ego hanc vísam. Heaut. 707 quidem illum. 731 módo iste. Phorm. 749 ubi illaéc. 772 quidem illi. 793 ego osténderem.

C. in iamb. octonariis:

Andr. 953 égo istuc. Heaut. 215 neque illárum. [262 ‚mihi esse' aut fortasse ‚mi esse'.] 678 idem illud. Eun. 223 ego illam. 622 ibi illa. 657 égo illum. 667 néque illi. Phorm. 718 ubi hoc égeris. 726 égo istuc. 806 neque intelleges. 819 quidem hoc nóstri. Hec. 300 ita esse. 306 quidem hércle. Ad. 192 tibi illam. 226 ubi illinc. 268 ego illám. 306 néque illum. 334 sibi uxórem. 351 abi atqué 940 égo illis.

D. in troch. septenariis:

Andr. 302 modo ĕ Dávo. 378 síbi ĕsse. 921 égo ĭstaec. 968 égo ĭllud. Heaut. [323 tuom esse.] 332 cédo ĭstuc. 593 égo ĭstuc. . . . tíbi ĭstic. 624 tibi ĕtsí. 658 nisi ĕx ípsa. [714 meam esse. 880 tuam esse.] 880 nisi ĭllos. 894 néque ĭpse. 1032 cáve ĭn te. Eun. 239 ego ĭllám. 305 neque ŭnde. 716 modo hĭnc ábeam. 761 scío ĭstuc. 797 tíbi ĭllam. [805 eam esse. 953 eam esse.] 1053 míhi ĭllam. 1080 néque ĭstum. Phorm. 505 modi ŭnquám. 530 égo ísti. 557 tibi ărgéntum. [564 scio esse.] 862 úbi ĭn gyn. Hec. [218 ‹quía ŭt domi›; locus est incertus.] 239 égo ĭlli. 528 nisi ĕx íllo. 618 útrum ĭllaec. 747 neque ĭlle hóc. 851 neque ĭn núntio neque ĭn me ípso. 875 égo hŭnc. Ad. 202 modo ărgéntum. 559 vide ŭt díxi. 569 úbi ĭllum. 688 boni ăd póstquam. 692 quidem ĭn té. 866 égo ĭlle. 962 égo ĭstos.

E. in troch. octonariis.

Andr. 607 úbi ĭlle. Eun. 620 quía ĭlle. Phorm. 736 néque ĭlle.

F. in troch. quaternariis:

Ad. 158 égo ĭstam.

Exempla, quae attuli, perlegentibus primo aspectu facillime nobis persuademus, versu Ad. 237, ubi post *hocine,* de qua voce iam supra disputatum est, syllaba producta correpta est, neglecto, vocabula locis citatis elisa esse pyrrhichia et iambica, quorum longe primum locum tenent voces pyrrhichiae, quibus exemplorum 126 attributa sunt 103, cum pronomen *tibi* huiusmodi locis 13ies et voces legitime iambicae 9ies deprendantur. Omnium autem vocabulorum, quae in synaloepha correptioni subiecta sunt, primo loco nominanda est vox *ille,* quae 47ies correpta invenitur, proxime huic voci accedit pronomen *iste* locis 17 correptum. Summa frequentia exemplorum, de quibus agimus, invenitur in pede primo cum omnium numerorum tum vv. iamb. senariorum, quorum pedis primi solius exemplorum numerus aequat ceteros pedes universos.

Haec sunt, quae de synaloepha a Terentio in vv. iamb. et troch. usurpata observavi et congessi. Sane multa, quae ad hanc rem pertinent, a me esse omissa negare non possum, sed materiam esse maiorem, quam ut eam plane in omnes partes hoc commentariolo investigare et dundicare possim, unusquisque libenter concedet.

Si unum alterumve exemplum me fugerit, id quod pro frequentia synaloepharum tanta perfacile fieri potuisse, nemo est, qui negare possit, huius rei benigne excusatum me habeas quaeso.

THESES CONTROVERSAE

QUAS UNA CUM

COMMENTATIONE PHILOLOGICA

QUAE INSCRIBITUR:

QUAESTIONES METRICAE DE SYNALOEPHAE QUA TERENTIUS IN VERSIBUS JAMBICIS ET TROCHAICIS USUS EST RATIONE

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

A. D. IV. NON. IUN. A. MDCCCXCVI HORA XI

IN PUBLICO DEFENDET

CLEMENS MÖLLER

HANNOVERANUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT

DR. ADOLFIUS GENIUS, CAND. PROB.

R. D. FLORENTIUS LANDMANN, CAND. PHIL. ET HIST.

HENRICUS PIGGE, SEM. PHIL. SOD. ORD.

MONASTERII GUESTF.

EX OFFICINA SOCIET. TYPOGRAPH. GUESTF.

MDCCCXCVI

VITA.

Natus sum Clemens Möller Riemslohae, in vico Hannoverano, a. d. VII. Idus Aug. anni huius saeculi LXVI. patre Matthia, matre Catharina e gente Degen, quos integris adhuc viribus uti valde gaudeo. Fidem profiteor catholicam. Litterarum rudimentis imbutum per duos annos benignissime erudivit me B. Jungblut R. D., cuius grata memoria nunquam ex animo meo evanescet. Vere a. h. s. LXXXII in tertiam inferioris ordinis classem receptus, per sex annos discipulus eram gymnasii Carolini Osnabrugensis. Maturitatis quod vocant testimonio instructus per quater senos menses in academia Monasteriensi et per sex menses in universitate Herbipolensi studiis philosophicis et theologicis operam dedi. Deinde in academia Monasteriensi per octies sex menses studiis philologicis deditus docentes audivi: V. V. D. D. Andresen, Hagemann, Hosius, Kappes, Körting, Langen, Milchhöfer, Niehues, Spicker, Stahl, Storck. Ibidem seminarii philologici, cui praesunt V. V. D. D. Langen et Stahl per bis senos menses sodalis extraordinarius, sodalis ordinarius per ter senos menses eram, quorum per sex menses seminarii senior fui. Exercitationibus Germanicis ut interessem benigne permisit Storck.

Omnibus viris de me bene meritis gratias ago ac semper habebo maximas.

THESES.

1. Terentii Phorm. v. 115 voces ‚habes imperium' transmutandas esse puto, ita ut versus sonet: ‚eon(e) és ferox quia impérium habes in beluas'.

2. Taciti ann. II cap. 2 in § 6. (ed. Ritter) ante vocem ‚vilissima' inserendum esse mihi videtur ‚vel'.

3. In Euripidis Med. v. 143 codicum scripturam *παραθαλποτένα* defendendam et Naukii coniecturam *παραθελγοτένα* improbandam esse iudico.

4. Sophoclis Oed. Tyr. in v. 1025 pro codicum scriptura, *τυχών* Bothius optime legendum proponit *τυχών*.

5. Nomen municipium derivatur a munere capiendo; Gellius errat contendens XVI, 13 illud nomen derivandum esse a munere capessendo.

6. In poetae ‚der von Kürenberc' carminis I (ed. C. Bartsch ‚deutsche Liederdichter des 12. bis 14. Jahrhunderts') v. 48. Lachmanni coniecturam ‚leide' reiciendam et codicis C scripturam ‚leit' servandam esse contendo.

PA
6784
M64

Möller, Clemens

Quaestiones metricae de synaloephae quae Terentius in versibus iambicis

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY